



340^{50} 1/11/76
Rosenthal



ERASMI

STELLÆ LIBANOTHA NI VIRI CLARISS.

De gẽmis libellus unicus.

¶Plinius ſecundus de gemmis.

¶Ioannes Syluius.Egranus ad Lect.

Oblectant ſi te Praſij,gemmæq; nitentes
Si tibi Hyacinti,Sardoniceſq; placent
Cryſolitus,duruſq; Adamas,uirideſq; Smaragdi
Purpureuſq; Ion,multicolorq; Mitrax
Æthiopes,Cyprus,q̄cquid miſere uel Indi
Si placet,& quicquid dat mare cæruleū
Hunc lege cōcinna moneo breuitate libellū
Qui dabit ingenio noſcere tanta tuo.

Argentorati per Henricum Sybold.

Egregio ac Ornatiſſimo uiro, Sebaſtiano Hugelio ex Heilgẽſtein Iurium, ac humanarũ litterarum in Inclito Heidelbergenſiũ Gymnaſio, Ordinario profeſſori, ac nuper deſignato Rectori, Hẽricus Sybold Medicinę profeſſor.

S. D.

QVi Margaritã aliquã annulo incluſã ꝓ xeniolo donat amico, is mun9 neuti͂q̃ aſpnabile donaſſe uulgo credit. Suauiſſime Sebaſtiane. At nos pro ineuntis anni, ac Magiſtrat9 tui fœlici ingreſſu, et ſucceſſu non Margaritã aliquã, ſed delectũ quẽdam gemmarum Theſaurum, parauimus & deſtinauimus tibi, Theſaurum inquam, non quidem ex Indiæ, aut Arabiæ montibus, ſed ex claris utriuſq; linguæ autoribus congeſtum, Collectore Eraſmo Stella, uiro non uulgariter erudito, qui inſigniores lapillos, fere ubiq; in uſu, & delitijs habitos, in hunc libellũ ceu gemmeã quandã coronã conncinnauit. Idq; per genera colorũ. Eum libellum dicamus humanitati tuæ, ob ueterem tuam in nos beneuolentiam. Non tam ut agnoſcas maieſtatem, & occulta quędam

 naturę

naturæ miracula in lapillis. Quæ etiam ut in-
genij lassitudinem ex serijs laboribus & stu
dijs contractam, hoc laxamento, uelut in-
specto Smaragdo reficias. Placitum est no
bis quoque adsuere ijs postremū librū.
C. Plinij secūdi de gēmis, qui ^{[?]}is
liber huic opello, argumen
to cōsimili non inep-
te cohærere ui-
debatur.
Arbi-
tramur enim
ex Pliniano so-
le nō parum lucis Stel-
læ nostro accessurū. Quæ
simul omnia exacto iudicio tuo
tanquam lydio quodam lapide probāda
& tuēda subijcimus. Nosque tuæ
humanitati cōmendamus.
Bene Vale. Argento-
rati ex ædibus
nostris ca-
lēdis
Ianuuarijs.
1.5.3.0.



ERASMI STELLÆ LIBANO-
THANI GEMMARVM
libellus unicus.

De Gemmis Candidis.



Damas gẽma cãdidi co
loris trãſlucida maximũ ἀδάμας.
in rebus humanis,nõ ſo
lum inter gemmas prę-
cium ſemper habuit,diu
nõ niſi regibus,& ijs ad
modũ paucis,cognitus
Vnus enim eſt,qui in auro naſcit̃,attamen
perq̃ raro auri comes.Eius ſex ſunt genera
Indicus,nõ niſi in auro naſcens,ſed quadã
Cryſtalli cognatiõe,cui adæque ſplendore
liquidiſſimo, & in mucronem ſexãgulum
utrinq; leniter turbinatus,nec ultra magni
tudinẽ auellani nuclei repertus. Eſt & Ara
bicus,huic proximus,ſed minor eo,ſimili-
ter & in auro naſcens, cæteris pallor nata-
lis ſedis auri ſcilicet ineſt. Indomita uis eſt
utriuſq; generis Adamanti (unde & nomẽ
inditum gemmæ) ut nec caleſcat igni, nec
ferro cedat,quin magis reſpuens ictum,ut
ferrum ſimul & incudes diſſiliant. Alterũ
genus ex eis Cenchron uocãt,quod eſt mi
lij magnitudine.Eſt & Macedonicꝰ in Phi

Philippico auro repertus,qui & semine cu
cumeris par.est,post hos est Cyprius ĩ Cy-
pro repertus,uergens in æreũ colorẽ. Post
hunc Siderites ferrei splendoris, pondere
ante cœteros,sed natura dissimilis,nam icti
bus frangit.& alio Adamãte pforat,qđ &
in Cyprio euenit.Sũt igit degẽeres.nomi-
nis tantũ autoritate gaudẽtes.Frangit inui-
cta uis ista duarũ rerꝵ uiolentissimarꝵ con
tẽptrix.ignis scilicet et ferri,hircino sãguine
ac ne aliter q̃ recẽti,calidoq; macerata. Cũ
Magnete usq; adeo dissidet,ut iuxta positꝰ
ferrũ abstrahi nõ patiat aut si admotus Ma
gnes ferrum appræhenderit. Adamas rapi
at atq; auferat.Adamas & uenena irrita fa-
cit,& limphatiões abigit,metusq; noctis a
mẽte expellit.Metrodorus Sceptius in Ger
Metrodo. mania ĩ insula quę Balthia nominat,ubi &
Succinũ gignit.Adamãtẽ nasci tradit. Qđ
falsũ esse qs dubitat?In Germania qdẽ Ada
mãtẽ inueniri Plinius testat,sed nõ ea duri-
tia,nec splẽdore quo cœteri. Pręter id em̃,
q̃ sine gratia pallẽt,scabri etiã sũt. In mõti-
bus Missinę, q Sudete a Ptolomeo dicunt
hũc inueniri dicũt q metalla scrutant Est &
Androdamas. quẽ de Adamãte non nihil
mutuatũ putãt,argẽti nitorẽ habẽs ut Ada
mas, quadrata & tessalis sẽper similis,datũ
ei nomẽ

ei nomē ex eo cēsēt, q͞ animorꝝ calētiū mol lit īpetus, & tumentes refrenat iras, hūc Arabes legunt. De Crystallo.

¶Crystallus & gemma albi coloris est, quā glatiem uehementiori gelu cōcretā nō nulli putāt. Eā ob rem glatiei nomē habet. Greci em̄ crystallū gelu cōcretum appellāt Sed Plinius cœlesti humore paruaq; niue id fieri asserit. Nō em̄ aliubi q̄ q̄ loco maximæ niues hibernæ rigent, deprehendit̄ nisi torrēte aliunde deportat̄ Inter eos q̄s Oriēs administrat. Indic⁹ oībus præfert̄. Vilissim⁹ circa Alabādā et Orthosiā finitimisq; mōtibus. Et in cypro nascit̄. Laudatior q in alpiū iugis. & in Germania reperit̄, est caloris īpatiēs, nec aliud q̄ frigidū ferre potest. Ob id nō nisi frigidis, q̄ ex ipso fiūt uasa, addicāda sūt sexāgulis lateribus, cuius lenor ita absolutus est, ut nulla arte possit æq̄ri, magnitudo ei⁹ amplissima ē. Liuia Augusta pōdere qnquaginta librarꝝ īter capitolina dona crystallū dedicauit. Xenocrates autor ē uas amphorale ex eo uisum. Alij sextariorꝝ q̄tuor crystallum uisum asserunt cubitalē effossā a Pythagora Ptolomei regis Ægipti p̄fecto traditū ē. Nero princeps amissarꝝ rerꝝ nuntio accepto, duos calices crystallinos ī suprema ira frēgit, ne q̄s alius ex his biberet, fragmēta

κρύσταλλος

Liuia Au.

Nero

fragmenta sarciri nullo modo queunt, infestantur autem plurimis uitijs, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando uomica, præduro faciliq; centro & sale, est & aliqbus ruffa rubigo, alijs capillamentũ rimis simile. hoc artifices cælatura occultãt puræ præstantiores sunt acentraq; appellãtur, id est sine punctis centrisue. Medici tradunt quę in corporibus urẽda sunt, nõ utilius fieri posse q̃ crystallina pila aduersus solis radios opposita, nã et materia sicca adhibita flammã excitat, plura magorũ uanitas de his promittit, quæ credere nec piũ esset, eam & medici uim habere dicunt, q̃ ore gestata sitim restringat, et renibus suspẽsa mederi. Nonnulli tradũt si trita cũ melle a muliere sumat lac ciere. Tinguntur ex eis Smaragdi alięq; translucentes. quod discernere haud facile est. De Iri.

Iris radicẽ Crystalli habet ex argumẽto Iris uocata Nã radijs icta solis, rutilo aeris repcussu cœlestis arc⁹ speciẽ in ꝓximos parietes iaculat. Inuenit Iridẽ Arabs ĩ mari rubro, sicut crystallũ sexãgulatã a Berõice urbe sexaginta milia passuũ, ob id qdã eã prętermutatã uarietatẽ crystallũ dixere, est aũt laterib⁹ scabris, et angulis inæqlibus, ĩ sole apto ꝓiecta, radios in se recãdẽtes discutere. dicit,

dicit̃,aliq̃s ṽo ante ſe proiecto nitore,adiacẽtia illuſtrare referũt, in ſole coloribus carere Colores ṽo non niſi ex opaco reddere nec ut ipſe habeãt,ſed ut rep̃cuſſa parietibꝰ illidãt. Optima eſt. q̃ maximos arcꝰ facit ſimilimos cœleſtibus. Reperit̃ & Iris in Germania in mõtibus circa Treuerim. Eſt alia Iris cæterę ſimilis ſed p̃dura,quã crematam tuſãq; ad ichneumonũ ſerpẽtũ morſꝰ remedio eſſe dicũt Zeros ſimilis aſpectu eſt, ſed nõ eiuſdẽ affectus Alba nigraq; macula in tranſuerſum cryſtallum diſtinguente. Zeros

De Ceraunia & Aſtroite.

Eſt & inter candidas Ceraunia cryſtallini ſplendoris,que fulgorẽ ſyderꝝ rapit, habetq; ĩtus ſtellã cõcurſantẽ quãq; et hebetes fieri Ceraũias aliq̃ ſcripſerũt,q̃s uitro et aceto maceratas,cõcipere ſtellã dicũt,q̃ poſt aliq̃t mẽſes relãgueſcat Siĩter cãdida eſt que Aſtrios uocat̃,cryſtallis,p̃pinquãs,in India naſcẽs,cui intus a cẽtro lucet,ſtella fulgore lunę plenę Hec et aſtris oppoſita fulgorẽ rapit et regerit, optima in Carmania gignit̃ nullaq; minꝰ uitio obnoxia eſt, peſſima lucernaꝝ lumini ſimilis Magi miris laudibus celebrãt aſtroitẽ, de eaq; Zoroaſtẽ ceciniſſe aiunt. Aſtrios

De Pederote,

Cãdidaꝝ dux eſt Pederos,prærogatiua Pederos

decoris hoc uocabulum retinēs, q̄ p̄ aliēas pulchritudines undiq; iactat. Gen9 hoc est expectatiōe dignum, coeunt em̄ i trāslucidā Crystallum uiridis suo mō aer, simulq; rubēs purpura Et qdā uini aure9 nitor, semp̄ extrem9 in uisu, sed purpura corōatus, hoc mō gēma madere singulis uidet̄, & pariter omnib9. nulla gēmaꝶ ęque iucunda et sua uis ē oculis. Laudatissima ē Indis, apud q̄s Argenon uocat̄, ꝓxima apud ęgiptios ubi senites nominat̄. Tertia in Arabia ueꝶ scabra ꝓuenit. Molli9 radiat pōtica & asiatica molliores ꝟo sunt calletica Thratia et Cypria, contra neruorum molestias proderit Pederos ¶De Asteria.

¶Proxima cādidātium ē Asteria, inclusā luce pupillę mō retinēs, ac trāsfundēs cum inclinatiōe uelut intus ambulātē, ex alio atq; alio loco reddēs. Eadēq; cōtraria soli, regerēs cādicātes radios, unde & nomē accepit Est difficilis ad cælandum. In Carmania nata præfertur Indicę.

De Achate, & sibi uicinis.

Achates olī i magna fuit autoritate nūc plebeia gēma uitreę ꝑspicuitatis ē, q̄ꝑuis uarij sępe in ea colores conspiciant̄, ex hoc & cognomina accepit, Primum in Sicilia repta est, iuxta flumē ei9 nominis, postea et in In-

dia plurimis

plurimis locis Referunt autẽ Indici species nemorꝝ,fluminum,iumẽtorꝝ et aliarꝝ rerꝝ ut edere ornamẽta,equorꝝ et id genus.Pirrhus q cõtra Romanos bellum gessit, habuisse tradit Achatẽ,in qua nouẽ musæ & Apollo cytharã tenẽs spectabat, nõ opere artificis,sed spõte naturę,ita discurrentibus maculis,ut musis quoq; singulis,insignia redderent,quę Thebis ægiptijs repertæ sunt rubẽtibus uenis et albis.Speties eius multæ extãt Phaspatates q̃ colorem colli columbarꝝ imitat,Iaspidis seu Smaragdi aliqd habens ob id ab alijs Iaspiachates dictꝰ,Cereachatęs q̃ facie cęrea est,& hi qa triuialiter abundãt,negligunt.Sardachates q̃ sarde simi lis est.Hemachates q̃ sãguineis maculis irru bescit,Leuchachates quę alba est.Deudrachates uelut arbustula gestãti feracitatẽ fructuũ ꝓtendere dicit. Andachates q quũ urit myrrhã redolet,& ob id mulieribus grata.Coralloachates q corallio similis,et guttis intermicãtibus illuit,hãc Cręta ꝓfert & illic Sacrũ appellat, putãt Achatem cõtra araneorꝝ et scorpionum ictus ꝓdesse,qđ in siculis maxime expertum est,quum p eã eius ꝓuintiæ scorpionum pestis extincta est.Indicæ cõtra eadem pollent & alijs magnis miraculis,sitim etiã sedãt ĩ os assũptę spectasse has oculis prodest, ob id medici ex his

Pirrhus

coticulas faciũt. Ægiptij cõtra serpẽtes ualidi sũt, eadẽq; autoritas & cyprijs est, qdam maxie probãt quę uitreã pspicuitatẽ habẽt magi asserũt quę leoninę pelli siles sunt, potentiã habere cõtra scorpiões, in Persia uero suffitu earũ tẽpestates auerti, & flumina sisti Argumentũ eius esse si in feruẽtes cortinas fuęrint, piectæ eas frigefaciunt. id Albertus Topazio adscripsit, quã mellei coloris dixit, non pręuidens hanc Achatẽ esse leoninę pelli similẽ, que ut prosit leonis iubis alligandã præcipiunt, ceu hienę pelli similem abominanti discordialem domibus eã uero que unius coloris est inuictã athletis esse argumentũ eius fore q in olla plęna olei cocti cum pigmentis, et intra duas horas subferuefacta, unũ colorẽ ex oĩbus faciat minui ossaq; in aq̃ feruẽti si ĩmittas lique fieri, plurimorũ opinio fuit. Achatẽ tertianis et q̃rtanis utilẽ, q aliqd Iaspidis seu Smaragdi habet hydropicis, epaticis, peripneumonicis & pleuriticis opitulari, insuper & potus, floridũ corpus ac iuuenile asseruare

Cepites

Cepites siue Cepocapites & si pprij generis esse tradit, uicinitatẽ tamẽ magnã cũ Achate habet, cãdida em̃ est, & uenarꝫ modis coeũtibus cãdore imaginẽ regerit, adpropinquãt et Achati Cepionides ad dardanũ pagũ

pagū nascētes,multis coloribus trāslucidæ, alias uitreę,alias Crystallinę,alias Iaspideę, q̄bus & sordidis tātus ē nitor, ut imagines reddāt ceu specula Capnites uidet̄ q̄busdā suū gēus habere,plurib9 spiris fumida q̄q̄ huic uicinus .Ostracites est Achati similis Est & altera dura,cui9 fragmētis alię gēmę sculpunt̄. Chelonia ocul9 est īdice testudinis portētissima magoꝝ mendacijs,aiūt enim melle ore colluto impositā linguę futuroꝝ diuinatiōe præstare. ¶De draconite.

Capnites

Ostracites

Chelonia

¶Draconites siue drachontias e cerebro draconū eruitur,sed nisi uiuētibus abscisa, nūq̄ gēmascit,nā si obeat prius serpēs, cū aīa simul euanescit.Igit̄ mos est,ut dormiētibus aīalibus caput amputent.q̄ id facturi sūt,bigis uehunt̄,& dracōe uiso,spargūt sōnifica medicamēta,atq̄ ita caput pręcidūt, est colore trāslucido,nec artis lenociniū ad mittit.sed q̄cquid in eo nobile ē. nō alteri9 q̄ naturę opus ē. Vsu eaꝝ oriētales reges p̄cipue gloriant̄.Marsili9 Ficin9 refert uidisse se lapillū Floretiā ex India aduectū,ibi e capite draconis extractū,rotundū ad nūmi figurā,pūctis ordine q̄ plurimis,q̄ stellis naturalibus insignitū,qui aceto p̄fusus moue bat̄ in rectū,immo obliquū mox ferebatur in girū,donec exhalaret uapor aceti. Talē

Marsilius

ego uidi

uidi apud nobilem mulierē inarce Plemi-
nia agri cignei, qui aceto imiſſus moueba-
tur ſaltuatim, in rectum mox, & in girum.

De Allectorio

¶ Allectorius cryſtallo ſimilis, fabæ in mo-
dū, in uentriculo gallinaceorum repertus
aptus ut dicunt pugnantibus, eo Milonem
Crotonienſem in certaminibus uſum tra-
Milo Cr. dunt uictoremq; ſēper euaſiſſe. Milon por
ro priſci Tarquinij tēporibus emicuit, cui
elogiū extat Victor ille omnium certami-
nū obiuit. Inſuper & mulieres placidas ui-
ris reddere aiunt. Cynodiæ inueniuntur in
capite piſcis, eiuſdem nominis candidæ &
oblonge, euentuq; mirandæ, ſi modo fides
eſt, pręſagire eas habitum maris colore ſuo
nubilo, aut tranquillitatem aſſerunt.

¶ De Margaritis.

¶ Dicamus & de Margaritis inter candi
cātes. q in cādore pręcipu⁹ eaꝝ uigor cōſi
μαργαρί- ſtit. Ocean⁹ indicus has mittit, fertiliſſima
της eſt Taꝓbane et Perinula īdię ꝓmontoriū,
etiā Britānicū litt⁹, quaꝝ ſpe. Iuli⁹ Cęſar et
poſt eā Claudi⁹ ipſā iuaſere. Thoracē nāq;
quā diu⁹ Iulius Veneri genitrici in templis
eius dicauit, e britānicis margaritis factam
ſubiecta inſcriptione teſtatus eſt, Hodie &
in Germania pleriſq; in locis inueniunt̄, ſed
nobiliores

8

nobiliores in Electro amne Tubantinorũ loco haud remoto ab eius fonte, nec eas ad modũ lõgo curriculo ꝓfert, paꝝ em̃ infra plebonia͂, qua͂ alluit, legi desinũt in eo margaritiferę cõche, etiam apud Snironas septẽtrionales oceani populos, ubi hodie Suedia est, legunt̃. In primis autem ꝓbant̃ quæ circa Arabia͂ sũt in ꝑsico sinu maris rubri, conchæ haud multum ab ostrearum conchis diuersæ sunt, in quibus hoc genus gẽmarum requiritur, hinc margaritiferæ nũcupant̃, hæ ubi libidine genitali stimulant̃ pa͂dunt sese et quoda͂ roscido cõcęptu grauidę fiũt. deinde pariũt Margaritas, ꝓ qualitate roris accepti. Si pur⁹ influxit ca͂dore cõspicuę sũt. Si turbid⁹ sordescit et fœt⁹. Si tẽpestiuę satiant̃, part⁹ gra͂descũt Si fulgurat cõprimunt̃ cõchę et ꝓ ieiunij mõ minuunt̃ Tõitruis pauefactę et repẽte cõpressę, faciũt q̃ uocant̃ Phisceta a bullaꝝ similitudine. Inde cõstat eis cœli maiorẽ societatẽ ꝙ maris eẽ. Na͂ inde trahũt colorẽ nubilũ, et ꝓ claritate matutina serenũ. Margaritę etia͂ sole rubescũt, ca͂dorẽqꝫ ꝑdunt, ad similitudinẽ humani corꝑis Flaccescũt etia͂ senecta, ac rugis torpescũt, nec nisi in iuuẽta, ille cõstat, q querit̃ uigor Quę ab una ꝑte rotũde sũt, ab altera pla͂e ad Timpanoꝝ silitudinẽ. Timpana noĩat̃. Tradũt

Tradũt huiuſcemodi Cõchas, q̃ apes exa mina facere. His duces eſſe quæ uetuſtate et magnitudine precipue ſunt eas urinãtium cura peti. Nã miræ ad cauendũ ſolertiæ ſũt qbus captis cœteras palantes retibus facile includi. Nũq̃ duæ Margaritæ ſimul reperiũtur, ſed ſẽper diſcretę & unæ. Ideoq̃ uniones dictæ ſunt. Maximus in iis hominum luxus ſemper fuit Qui Alabaſtrorum figura ſũt in plœniorẽ orbẽ deſinẽtes. Hos digitis ſuſpẽdere, & binos ac ternos aurib⁹ fœminarum gloria fuit. Vltra ſemiunciales inuẽtas ueteres ſcriptores negãt. Duos fuiſſe cõſtat Vniões, ob magnitudinẽ toto orbe celeberrimos, utrũq̃ Cleopatra Ægipti regina poſſedit, quorũ cũ alterum ex auribus detractũ, & in uaſculũ aceti poſuiſſet, ſpectãte Anthonio liquefactũ abſorbuit. Iniectaq̃ altera manu, ut idẽ faceret a Planco ꝓhibita fuit. Is poſtea uino diſſectus, in duas ptes in utriſq̃ auribus Veneris Romæ in Panthæo poſitus fuit. Lolliam paulinã C. principis coniugem uulgatum eſt ita opertam Smaragdis & Margaritis, ut ſumma quadringenties ſeſtertium faceret. Id expreſſit uetus diligẽtia qꝫ Syllanis temporibus primum illati ſunt Vniones.

De Gemmis uiridibus.

Smaragdi

¶ Smaragdi inter uirides Gemmas pri-
mariȩ ab omnibus habentur, quod nihil
his iucūdius, nihil uiridius uidēt oculi. Im-
primis uirēt ultra aquaticū gramē. Vltra a-
micas herbas, deinde oculos quos fulgor
alterius gemmæ retuderit. Smaragdi recre
āt exacuūtq;, ut in sculpētibus gēmas uide-
mus. qbus nulla gratior refectio ē, acie ocu
loꝵ obscurata q̄ Smaragdi inspectio. Nec
aliā ob causā placuit, ut nō sculperent, ne of
fensū decus imaginum lacimis corrumpe-
rent, quanq; que ꝟa est difficulter uulneret.
Probant hoc pacto Si aspectꝰ trāsmittāt, si
ꝓximū sibi inficiūt aerē, repcussu, nō umbra
nō sole, nō lucernis mutatȩ, sed sp sensim ra
diātes, & ad crassitudinē sui uisū admitten-
tes facilitate trāslucida. Quȩ ex eius cōcauȩ
existunt, uisum colligunt, quaꝵ corpus ex-
tensū est, eadē qua specula ratiōe, supini reꝵ
imagines reddun t. Obi d Nero princeps
gladiatorum pugnas Smaragdo spectauit
Genera duodecim sunt. Præcipua Schythi-
ca, ꝙ nullis minꝰ uitīj inest Et q̄ntum Sma
ragdi a cœteris gemmis distāt, tātum Schy
thicæ ab alījs Smaragdis. Sūtq; ea duritia
ut nequeāt uulnerari, Proximā laudem ha
bent. Bactrianȩ, quas in commissuris saxoꝵ
Etesījs flatibus colligunt, tunc em̄ detecto

solo, facillime interniteēt, qa his uētis maxi me Arenę mouent, sunt tamē multo mino res Scythicis Tertiū locū Ægiptiæ habēt quę eruunt circa Copton oppidū Thebai dis in collibus & cautibus, hæ alacrit uiri des sunt, nō tamē facile purę aut cōcolores Reliqua genera in metallis Ærariis inueni unt, quos Chalcosmaragdos uocant Ex his principatū Ægiptiæ tenēt dosq; eatū est in colore liqdo, nec diluto uerū ex humi do pinguiq; cōspiciunt, imitāte trāslucidū mare. Referūt scriptores q in Caea insula in tūulo regis Hermię marmoreo leoni fu isse, inditos oculos ex Smaragdis ita radiā tib9 in gurgitē, ut territi pisces instrumēta refugerēt. diu mirātibus nouitatē piscato rib9, donec recognita mutauere oculis gē mas. Sed ut et uitia noscant, quę sūt qdem oīm eadē, q̄uis quędā nationū peculiaria, Sūt cyprię, uarię, glaucę, magisq; ac minus in eadē Smaragdo Aliis partibus tenorem Scythicę austeritatis nō sēper custodiētib9, qbusdā etiā intercurrit umbra, surdusq; fit color, q improbat etiā dilutior. Hinceq; ge nera distinguunt, et sūt aliquę obscurę quas uocāt cœcos, alię dēsæ, nec e liqdo trāsluci dæ, quædā uaria nubecula improbatæ. A liud est em hoc q̄ umbra. Nubecula em al bicātis est uitiū, quom uiridis non ptransit

aspectus,sed aut intus occurrit, aut excipit in fine uisũ cãdor. Hęc tantũ coloris sunt ui tia, ista corporis. Capillamentũ, sal, plũba-go his uitiis carẽt Æthiopicę quæ haud lõ-ge a Copto inueniunt. In hoc genere De-mocrit⁹ posuit Hermicas, & Persicas, illas pinguiter extumescẽtes. Persicas ỽo nõ trã slucidas, sed iucũdi tenoris. Visũ em̃ implẽt quẽ nõ admittunt, similes feliũ Panthera-rũq; oculis, nãq; & illos radiare, nec ꝑspici cõperimus, easdẽ in sole hebetari, in umbris refulgere, & lõgius q̃ coeteras nitere. Om-niũ etiã harum uitũ est, ꝙ fellis colorẽ, aut ę ris habent, in sole dilucidæ qdem ac liqdæ sed nõ uirides. Hęc uitia et in Atticis maxi-me sentiunt, in argẽtariis metallis reptis, in loco q Thoricos uocat, in attica regiõe q̃ semꝑ min⁹ pingues sũt, & e lõginquo spe-ciosiores Est et frequens his plũbago, hoc est ut in sole plũbei uideãtur. Idq; peculiare ꝙ quędã ex his senescũt, paulatim uiridita-te euanida, et sole lędunt. Post has medicæ plurimũ uiriditatis habent, interdũ et e Sa phiro, hę sunt fluctuosi, et reꝝ imagines cõ plexę, ut papaueꝝ. aut auiũ, pennaꝝq;, uel catuloꝝ aut silium. Quę non oino uirides nascunt. oleo et uino meliores fiũt. Ad hoc sonat uers⁹ iactat⁹ autoris obscuri. Porficit Democri.

magis accenditq; colorem, Eluti uino aut
Solinus uiridi puentus oliuo. Solinus hoc idem te-
stat. Lauant inqt uino, & uiridi oleo, pfici-
Iuba unt. Iuba autor est Smaragdum quã Cho-
lã uocãt ædificijs includi. Inq; uidemus in
plerisq; Germãiæ templis. Nã & illic in ar-
genteis metallis inueniuntur. Smaragdis e-
tiã inserit quæ uocat Tanos Persis ueniens
gẽma ingrate uiridis atq; intus sordida. Itẽ
Chalcosmaragdꝰ e Cypro turbida ęreis ue
nis. Theophrastꝰ tradidit Ægiptioꝝ regi a
rege Babylonio missã Smaragdum mune
re cubitoꝝ q̃ttuor lõgitudine, latitudine ue
ro in una pte q̃ttuor, in altera parte duoꝝ
Ait etiã se scribẽte, eẽ in Tyro Herculis tem
plo pilã ex Smaragdo, nisi pseudosmarag
dus sit. Nã et hoc genꝰ reperit, et in Cypro
inuẽtum est ex dimidia pte, Iaspideum hu-
more nõdum ĩ totum trãsfigurato. Eiꝰ for
te generis est, q in Bohemia Pragæ in diui
Viti sacello conspicit, parietibus illic ex eo
incrustatis. In labyritho Ægipti fuisse Col
losseum Serapine Smaragdo nouẽ cubitoꝝ
scriptores pdidere. Nostra ætate miramur
Catinum Smaragdo apud Genuã ciuitatẽ
Liguriæ, q̊ nullꝰ preciosior uisꝰ usq;, nulla
gẽma nobilior, nulla species uasis mirabili
or, q̊ dicunt Christum, in ultima cœna sua
usum & fuisse ex

ex apparatu Herodis regis q a Gallilea Hi
erosolimā ad agnum paschalē cōmāducā-
dum uenire decreuit Sed diuina ꝓuidentia
consilio mutato, alio diuerterat. In Gallia
Narbonēsi in cœnobio quodā Lugdunen
sis agri, alta parapsis cernit qua silter Chri-
stū usum uolunt in ea cœna, sed minor mul
to superiori, nobilitateq́ inferior, Smarag
dum contra uenena epota, si ipse in farinā
tusus bibit, remedio esse. cōtagiaq́ pestilen
tię pellere Punici tradunt, ꝓseruareq́ a co-
mitiali morbo infātes, ob id collo alligan-
dos dicunt. Neoterici affirmant ipsum in
cōcubitu si ab altero coeuntium in annulo
gestet dissilire. Vana sunt q̄ magi de ipso ꝓ
mittunt, ob id silēda. Serapio ait ipsum sto-
macho cōferre, si super eum suspendat. Cœ
terꝝ cp soluta & assa cum melle attico mix-
ta, obtusitatem oculorꝝ curāt, cum aq̄ ꝟo
illita elephātię utilissima, pota cum aqua lā
guorem pimit, sāguinem cohibet. Alligata
ubiuis et cōportata facundos et castos facit

De Beryllis.

¶Berylli q India nascunt uirides sunt, nec a
lio facile inuētu, eādem cum Smaragdo uł
certe similem naturā habent, oēs in sexāgu
lā figurā ingeniis artificum atterunt, ut he-
betem colorem repercussu angulorꝝ ad ui-

uigorē excitēt. Aliter em̄ politi fulgorē eundē non habēt, Beryllorū genus partit̄ in species multas. Eximius q uiriditatē puri maris imitat̄. Proximi q Chrisoberylli uocā tur, hij sūt paulo pallidiores, & fulgore in aureū colorē exeūte lāguidus uirēt. Qui nimio pallore sūt Hyacintizones appellātur. Alij nero heroides, alij cerinia colore. Alij Oleagmi, Postremi Crystallis fere similes, Indi solos Beryllos carere auro debere dicūt, ob id in lōgissimos Cylindros hoc genus gēmaꝵ fingere curāt, easq; ꝑforatos Elephātorū setis subligāt ad monilia, habent aūt plerūq; ex utroq; capite insertos aureos umbilicos, ut marcentē nitorē ad fulgentiorē trahāt lucē. Quidā eos angulosos nasci putāt et ꝑforatos, gratiores fieri medulla cādoris exēpta. additoq; auro, ut eius repcussu causa ꝑspicuitatis castiget̄, aut omnino ad crassitudinē deducat̄. Vitia eadē sunt q̄ in Smaragdo, utpote q̄ int⁹ quasdā sordes habēt, ul' plūbo. uel capillamēto, uel etiā sali similes. Ad oculoꝵ uitia utilis a Dioscoride refert̄, bonā quoq; ualitudinē firmare si aq̄ immissus epota fuerit Cœtera ut uana pretereo.

Chrysobe

Hyacinti.

Heroides

De Chrysoprasio.

¶Chrysoprasiū quod pallidius uiret quidā. Beryllis connumerant. proprij tamē generis sunt, et a latinis Porracei uel herbacei

herbacei dicti Solinus inqt Chrysoprasius Solinus. ex auro & porraceo lumen mixtū trahens quem aliq Beryllorꝫ generi adiudicarunt. Nascitꝰ ī Æthiopia, Affrica, et Cypro. Punici autores tradunt ipsum ad cordis passiones efficacem esse, dispneumonicisqꝫ auxilium afferre.

De Topazio.

¶ Topazius gemma uiridis est, cui ea gloria fuit, dum primum repta esset, ut omnibꝰ preferreretꝰ. Inuentꝰ autem est in Arabiȩ insula quȩ Chitis appellatꝰ, in q̄ Troglodytȩ prȩdones, quum diutiꝰ fame et tempestate pressi, herbas radicesqꝫ effoderunt, eruere Topazium. Alij Topatum insulam esse affirmāt in mari rubro nebulosā, & ideo sæpe quȩsitā nauigātibus, ex eaqꝫ causa ita uocatā. Topazin em̄ Troglodytarum lingua quærere significat. Ex hac dicunt Topazium primum importatum Berenicæ reginæ quæ fuit mater Ptolomei a præfecto regis Philemone, mireqꝫ ei placuisse, & inde factā statuā Arsinoe Ptolomei philadelphi uxori q̄ttuor cubitorꝫ, sacratam in delubro qđ aureum uocabatꝰ Posteriores ipsū circa Thebaidis oppidū Alabastræ nasci inuenerunt. Faciunt eius duo genera. Prasoidem hoc est Porraceū, et Chrysopteron similem Chrysoprasio. Est aūt amplissima gēmarꝫ

τοπάζω

et sola ex nobilibus limā admittit. Coeteræ
eñ saxo & cote poliunt. Eadē & usu atterit.
Recēciores ipsum falso mellei coloris dixe
rūt Sudines eum Niliō uocauit a Nilo in
cuius littoribꝰ inuenit, uoluntqꝫ qꝫ contra
Emoptoicā polleat. Aristoteles scribit To-
pazion supꝫ uulnus positū sanguinē sistere.
Cōfert & obtalmię ex Orphei descriptiōe

De Callaide uel Callaico.

¶Callais comitat Topazium similitudi
ne magis qꝫ autoritate, est eñ i ea uiride pal-
lens, dicit a quibusdam Augites, nascitur a
pud incolas Caucasi montis, amplitudine
conspicua, sed fistulosa, ac sordium ploena.
Sincerior multo præstantiorqꝫ in Germa-
nia ut Plinius testat. Solinusqꝫ affirmat, hic
inquit, in Germaniæ continentibus Callai
cam reperiri quam Arabicis anteponunt
uincit etenim Gręcia et honore precioqꝫ ad
Smaragdos accedit. Inuenitur autem in ru
pibus inuijs ac gelidis, oculi figura extube
rans, leuiterqꝫ adhærens, nec ut adnata pe-
tris sed apposita uideatur, quapropter scā-
dere ad eam pigritia pedum equestres po
pulos tedet, simulqꝫ periculum terret. Ob
id euntes e longinquo incessunt, & cum
toto musco excutiunt. Hoc gestamen in
ceruice gratissimum est. Optimus color in

ijs

ĩs Smaragdi, ut tamen apparet ex alieno est quod placet Auro inclusę decorant. Au rũq; nullæ magis decent. Quę sunt earum pulchriores oleo, unguento, & etiam mero colorem pdunt, uiliores cõstantius resistunt neq; est mutabilior alia, aut mẽdatior uitri.

De Prasio.

¶ Prasius plebeia gemma, uiridãtium tur- ba est. Cuius alterũ eius genus sanguineis punctis adhęret, alterum uirgulis distinctũ cãdidis, ut Cymbia ex eo fiãt (poculi id ge nus est, pcerum, ac nauibus simile) uti et no stra ætate aliqua uidimus. Fiunt ex eo Cy lindri celerrimi, India hos generat, Germa- niaq; locis frequentib9, p̃cipue in iugis qui busdã Misnę, ab ĩs q metalla eruunt, ĩueni- unt. Aiunt em̃ facultatẽ cõfortãdi uisum es se. Insup cum Smaragdo uires cões habe- re. Sed tamen ab ĩcolis nõ magnę in hõore est habitus.

De Heliotropio.

¶ Heliotropium simili modo porracei coloris est, sed nubilo & represso sanguine- is uenis distincta. Certamen diu fuit, que nã esset generis huius eminentissima. De- præhensumq; est documentis plurimis Æ- thiopiã aut Lybicã palmã tenere. Nomen ex eo trahens, q deiecta in uas aquę fulgo- rem solis accedentem pcussu sãguineo mu

maxime Æthiopica, eadem extra aquam speculi modo solem accipit deprehenditq; Eclypsim, subeuntem lunā ostendens. Tradunt Magi admixta herba eiusdem nominis, & pręcatiōibus legittimis additis, eum a quo gestabitur uisibus subtrahi obuiorꝫ qđ uanū eē, ceu pleraq; alia quę de hac magi pollicent̃, nemo dubitat. De Iaspide.

¶Iaspis antiquitatis gloriā tenēs, præter id ꝙ uiret, sæpe etiā transsucet. Plurimæ gētes ferunt eā Smaragdo indicæ similē. Cypri eā dicunt glaucam, uiridem, pinguemq; Persę aeri similē, ob id talis Ærizura uocat̃ Tot9 oriēs ꝑ Annuletis tradit̃ Iaspidem gestare, quę ex eis Smaragdo similis est, & per transuersum Linea alba præcingitur, Hæc Grāmatias uocatur, quæ pluribus præcingitur polygrāmos. Magica uanitas, hanc contionantibus utilem promittit. Magnitudinem Iaspidis undecim unciarꝫ uisam scripsit Plinius, formatamq; indo effigiem thoracatam Neronis. Est & Iaspis cæruleo circa Thermodoōtem amnem, quæ hodie Torciscus uulgo, uel Thoricus appellatur et in pręcio habetur, de qua postea. In Phrygia purpurea. In Cappodotia ex purpurea cæruleaq;, at non refulgens. Thratia indicę similem mittit. Chalcidia turbidam

Ærizura

Grāmat

Sed

Sed ut bonitates distinguamus. Olim opti
ma fuit, quæ purpurę quicꝗ habet. Secũda
quæ rosę Tertia quæ Smaragdis. Singulis
aũt nomina gręci ex argumẽto dedere. A-
pud eos est quæ uocat̃ Borea cœlo autum
nali matutino similis, & hęc erit illa, quę uo
catur Ærizusa . similis est et Sardæ. Imitata
& uiolas, quarũ in Germania precipua co-
pia est Sacrarũ enim ædiũ parietes, illo ge-
nere incrustatas uidimus. Est & quæ Resi-
næ similis est Terebyntinæ, hinc & Tere- Terebyn.
byntizusa appellat̃. quãꝗ & hoc nomen a
gẽmarĳs trahit̃ parũ proprie, ad eãꝗ e mul
tis eiusdẽ gẽmæ discriminibus cõstare ui-
detur. In uitio sunt Crystallo sifes, aut mi-
xtis id est pituitæ. Quæ ex eis pręstantiores
sunt, funda includunt̃. Quæ optime signãt Sphragid
Sphragidas uocant, dato his apud ueteres
publico dominio gemmarũ Omnia autẽ
hęc genera i Germania reperiunt̃, multũꝗ
nobilitata ea gẽma nostra cignea Tubanti
norũ, ubi tãta copia eruit̃, ut ædificĳs publi
cis (rudi tamẽ forma) a ueteribus sit inclusa
Hac ꝟo tẽpestate atterunt̃ non in grata, spe
cie, nec in formã unã, partim em̃ capulis ap
tant̃, partim poculis, ꝑtim tabulis alearum
pars etiã globulis, qbus Christianę praeces
numerant̃. Hæc gẽma e Germania alĳs gẽ-
tibus distrahit̃. Quæ de hĳs magi pollicen

pollicent̄,ut uana reliquo. Punici asserunt ꝙ lapsis subuiridis aligatus dolores stomachi & uentris lenit, & paralyses placat. Dioscorides ait qui eā gestauerit tonitrua nō formidabit. Iaspis parturiētes mulieres iuuare, & febrē pellere dicit̄. Galenū in annulo gestasse nōnulli scriptū reliquere. Aristoteles ipsū sanguinē restringere dixisse fert̄. Iuuatq; intercutē aquā alligatus, uulneraq; ab inflāmatione & dolore custodit.

De Gemmis rubeis.

¶Inter gēmas quæ rubro colore sūt, et plucent Carbūculi principatū tenēt, a similitudine igniū ita appellati. & ꝙ ipsi ignē non timent A qbusdā Apyroti uocant̄, fulgorē habēt candidū, in extremo uisu rutilātem etsi attollat̄ pene exardescentē. Qui lāguidius et liuidiꝰ lucēt. Lithozōtas appellāt, horū gēera sūt Indici et Grāmātici, q̊s & Carchedonos dicūt, ꝓpter opulentiā Carthaginis magnę. Sūt et Æthiopici q in Dithosia nascunt̄. Alabādicos ueluti rudes atq; īpolitos uocāt. q ꝑfecti Alabandes ceu mūicipes ciuesq; oppidi dicunt̄, hic ortū esse cōiicio, ut gēmaꝝ māgones aliq̊s Amādinos, aliquos Almādinos barbare dicāt, q̊s rerū periti dū sequunt̄ pudēdo errore, eisdē nominibus gemmas describunt, nec seipsos,

nec

nec rē de qua scribūt, satis intelligentes. Sed redeam⁹ unde digressi sumus. In omni genere Carbunculorū masculos appellant acriores. & fœminas lāguidius fulgētes. In masculis quoq; obseruāt aliquos liquidioris flāmæ, alios nigriores, & quosdā lucidius ac magis cœteris in sole radiātes. Optimos Amethystizontas, hoc est quorū extremus igniculus in Amethysti uiolam exeat. Proximos illis quos uocāt Syrritas pinnato fulgore radiantes. Ob id quidā Indicos minime ꝓbant, ꝙ nec clari sunt, & plerūq; sordidi ac semper fulgoris retorridi, ęthiopicos uero, ꝙ pingues lucēq; nō emittētes, sed cōuoluto igne flagrare. Magnitudine tamē Indici pręstāt, unius em̄ sextarij mēsura cauant. Garamātici minores multo cœteris sūt, & nigrioris aspect⁹ sed igne, uł sole, hoste dicūt acri⁹ q̄ȝ cœteros excitari. Eosdē umbrāte tecto purpureos uideri, sub cœlo flāmeos, cōtra radios solis & scintillare. Cerā ijs signātib⁹ liquescere, etiā si in opaco fiat Qui ex eis mares sūt, stellas ītus ardētes habēt, fœmine rursū fulgorē extra se fundūt, Dicūt quidā et in Thracia nasci eiusdē coloris gēmam. ignē minime sētientē. Et in Orchomeno Archadię et in Chio inueniri eā Sed Orchomēios nigriores, ex ꝗbus et specula fiunt.

siūt. Esse & Troezenios uarios interueniē tibus maculis albis. Itē Chorynthios ex pal lore cādidos, quæ olim Massilia & Vlixi- pōe importabant. Nōne putas dignissime pręsul difficillimū hęc genera discerni. Sed audi quid ingeniorꝶ calliditas in his discer nēdis impedimentū pręstet. Æthiopicos e- nim qa hebetiores sunt, in aceto q̄tuorde- cim diebus macerāt, indeq; nitescere cogū tur, totidē mēsibus durāte fulgore Adulte- rant uitro simillimo, sed cote depręhēdunt sicut & alię lactitię. Mollior em̄ materia, & fragilis, & cētrosa, scobe et pōdere deprçhē dit qđ minus est uitreis, similiter & pustu- lis, argēti mō relucētibus. Est & Carbūcul9 anthracitis appellata, carbonibus siīis igni tis, peculiare hiјs est, ꝙ iactę in ignē uelut in termortui extinguunt, cōtra aqua ꝓfusi, ex ardescūt. Cognata Carbūculo est. Sanda- stros quā aliq Garamātitē uocāt que nascit in India in loco eiusdē nominis, & in Ara- bia ad meridiē uersā. Sūma cōmendatio Sā dastrorꝶ, ꝙ uelut in trāslucido stellātes, intus aureę guttę fulgēt, sēper in corpore, nūq; a- cutę. Et hę fere stellarꝶ hyadū, et numero, & dispositiōe stellant. ob hoc a Chaldeis cæ- rimoniјs adhibitę. Sūt in eo genere mares uigore quodam & austeritate apposita, a fœminis distincte, fœminis est blandior flā

Anthrac.

Sādastros

16

ma, alliciens magis q̃ accendens, & hoc prȩsertim in Indicis, quanq̃ alij Arabicas Indicis præferant, sed hæ fumidæ sũt, qđ ui tium in gẽmis habetur. Sunt qui negant po liri. Sandastros, ꝑpter teneritudinẽ, & ob id Sãdaresion uocant, sed ij in magno errore sũt, ob similitudinẽ nõis, hoc constat quan- tũ numero stellarũ accedit, tãtum & præcio acedere. Est et Lichnites ex gen̄re ardenti- um, a lucernis accẽsis ita a græcis appellata hanc quidẽ remissiorẽ Carbunculũ dixere, nr̄a ȩtate Rubinũ uocant. Duplex ei facies, aut in purpureã emicat alacritatẽ, aut mera- tio suffundit̃, cocceo rubore ꝑ omnem inti mã partẽ sui, siquidẽ pura sit, inoffensã ad- mittit ꝑspicuitatẽ, contumaciter sculpturis resistit. At si aliqñ sculpta est, dũ signa inpri- mit, quasi quodã animali morsu, ꝑtem cȩrȩ retentat. Si radijs solis excanduit, ul̃ ad calo rẽ attritu digitoꝝ excitata est ad paleas, aut chartaꝝ folia ad se rapit. Nascit̃ in Orthosia totaq̃ Caria, ac uicinis locis, sed ꝓbatissima in India. Proxima huic est Ion, apud Indos quasi uiolacea a prȩlatis uiolaꝝ floribus ita appellata, nã Ion uiolã nominãt, sed raro sa turo colore lucet. Carchedonius uilior mul to prædictis, similiter ad se paleas trahit, nas citur apud Nasomonas in montibus, ut incolæ putant imbræ diuino. Inuenitur

Lichnites

Ion.

Carchedo

Inuenitur ad repercussũ lunæ maxime ple-
nę. Nascitur & circa Thebas in Ægipto, sed
fragilis. Vritis plena morientiq; carboni si-
milis, potoria uasa ex hoc lapide facta inue-
nio, quæ nostra ætate aliquando uisa sunt
Hæc est gemmarum ardentium aduersitas,
atq; cognatio, quam ut quis recte diiudicet
imprimis fallacias Mangonum caueat, qui
arte subditis per quæ transflucere coguntur
& occasionẽ difficultatis prestant. Mirandũ
autem magis est, qđ ij, qui ex recentioribus
hystoriã naturalem scribunt, longe ab hac
eruditorum sententia recesserunt, ut multũ
scribendo de Carbunculis, Rubinis, Palla
gijs, Granatis, Amandinis, nihilosecius age
re uidentur q̃ Sophistæ dum de Chymera
garriunt. Nã nec rem de qua scribunt, nec a
lios quos citant, nec seipsos satis intelligunt
hos pudendo errore medici nostri tempo-
ris secuti, dum ex eis cõponere medicabula
audent, uti ex commentarijs singulorum af
fatim colligunt, ita & simplasias cõmittunt,
et sic miseris exitium, sibijpsis, & arti infami
am parãt, ijs autem omnibus gemmarum
generibus, uenena, pestiferumq; aerem abi-
gi & spiritum cordis hilariorem fieri nõ ne
gauerim Amuliereq; gestantibus, ut Puni-
ci tradunt, contra nocturnas illusiones ua-
lere.

Vritis.

ualere In eius quoq; spectasse oculis cõferre

¶De Amethysto.

¶Amethystus uiolaceum fulgorem habet, causam nominis afferũt, q̃ quum usq; ad uini colorem accedat, prius tamen q̃ ipsum degustet, in uiolã desinit. Fulgor em̃ in eo purpureus est, non ex toto igneus, sed in uini colorem deficiens, lucẽt autem omnes, principatum Indicæ tenent. Sed & in Arabia petrosa, & in Armenia minori, & in Ægipto, & in Gallatia reperiuntur. Indici absolutum purpuræ colorem habent. Sordidissimę autẽ & uilissimæ sũt in Tharso & Cypro. Inueniuntur & in Germania in mõtibus Misnæ, sed minime duri, quæ etiã usu atterunt̃. Globulos em̃ ex ipsis faciunt, quos tamen angularit̃, ut fulgorem blãdius fundant, tũ in pilæ figurã poliunt, quibus in sacris pręcibus numerãdis, ceu Iaspideis utunt̃. Est & alterꝝ Amethysti genus ad Hyacinthos descendens, hũc colorẽ Indi Sacon uocãt, gemmãq; Sacadion. Dilutior uero ex eodem Sapinos uocat̃, eadẽ Paranites in cõtermino gẽtis Arabię Quartũ genus uini colorẽ habet. Quintũ ad uiciniã Chrystalli descẽdit, deiectu purpurę albicãte, qđ minime ꝓbatur quãdo pręcellẽs debet esse in suspectu, uelut ex carbunculo

refulgens, quidam in purpura leniter rose-
us nitor. Sunt autem sculpturę facilis. Ma-
gorum demētia resistere ebrietati Amethy-
stos pollicetur, & inde appellatos q̃ minime
ebrios. Etsi lunę nomen ac solis ijs inscriba
tur. atq; ita suspendantur collo, e capillis cy
nocephali, uł plumis hirundinis, resistere ue
neficijs, & adesse quoq; modo reges aditu-
ris, grandines, tempestatesq; auertere, et locu
stas, prefatione adita, quam ipsi demõstrant
propellere. Quæ quidem scripsisse eos non
absq; contemptu, & itrisu humani generis
Plinio uidetur.

De Hyacintho

Hyacinthi color e uicinio Amethysti de-
scendit, nam emicans ille in Amethysto ful-
gor uiolaceus, dilutus est in Hyacintho, pri-
moq; aspectu gratus, sed euanescit anteq̃ sa
tiat. Adeoq; nõ implet oculos, ut penes nõ
attingat, marcescens celeri⁹ nominis sui flo-
re Hyacinthos Æthiopia solũmodo mittit
hallucinantur recentiores scribentes ex hya
cinthis esse coloris lutei, quum ij Crysoliti
sunt, de quibus dicemus, pollet autē hyacin
thus contra uenena & pestilentes tractus, as-
sumiturq; a medicis Antidotis cordialibus
Punici tradunt, eum qui hyacinthũ gestat,
esse a fulgure tutum. Quæ Solinus de Hya
cintho

Hyacintho scripta reliquit Saphiro peculi liaria esse uidentur, hyacinthum a Saphiro minimę separans.

De Sarda.

¶Sub hoc genere coloris scilicet rubei cō tinetur & Sarda, gemma uulgaris hodie, Darneolus dictus signādis cæris aptissima quoniam sculpta partem cære non aufert. Est autem Sardibus primum reperta, que urbs est Lydiæ, sed laudatissima, postea in Babylonia inuenta, quum lapicidinę ibi aperirentur, hęrens in saxi corde, dehinc q̄ plurimis locis aliis reperta. Sunt autem trium generum rubrum, & quod demiū uocant a pinguedine. Tertium quod argēteis bracteis sublimatur. Indicę prelucent crassioressunt, Arabicæ inueniuntur circa leucada Epiri, & circa Ægiptum, quę sublimātur aurea bractea. Et in his mares excitatius fulgent, fœminæ pinguiores sunt & crassius nitēt. Nec fuit alia gēma apud antiq̊s usu frequētior, ut Menādri fabulę testant̄, nec ullæ trāslucētes tardius, hūore hebetant̄, oleoq; magis q̄ alio liquore, quę mellęę uero existunt damnantur. Darneol.

De Sardonyce.

¶Ab hac gemma & onyce Sardonix appellatur colorem unguis habens, in Sarda quasi carnibus ungue homnis imposito

impoſito et utroq; tranſlucido, placere ma xime cæpit, quoniã ſculpta cerã nõ aufert, Indi pforatis in collo utunt. Primus roma norꝝ Sardonyce uſus eſt prior Affricanus, & inde Romæ celeberrima fuit, hanc gem mã fuiſſe tradunt, qua ſe Policrates tyrãnus ab inuidia fortunę redimere credidit, pro iecta ipſa in mari, que a piſce eo die capto, regiq; in culinã deportato relata eſt. Et po ſtea Romæ in delubro cõcordiæ aureo cor nu per Auguſtum incluſa. cæperũt hæ gẽ mæ pluribus intelligi coloribus radice ni gra, aut cæruleũ imitãte, et ungue minium, nec ſine quadã ſpecie purpuræ candore in minium trãſeunte, has Indis primũ non ha bitas in honore ſcriptores pdiderunt, tãtæ tamen magnitudinis fuiſſe ut ex ipſis capu los factitarent Nã ibi torrentibus detegebã tur, deinde perſuaſi a Romanis his gaude re cæperunt Vtit q; his uulgus pforatis in collo, & id Indicarꝝ argumentũ eſt, Arabi cę excellũt cãdore circuli prælucido, ſed nõ gracili, medietas eẽ circuit limite candida to. Optima Arabicarꝝ eſt, ſi nec colorẽ ſuũ ſpargat in alterum, nec ipſa ex altero mutu etur, reliqua nigro finiunt Nam ſi trãſluce at uitio uertitur, ſi perſpicuitatem arceat p ficit ad decorem. Inuenit ex Indicis cæreum

Policrates

colorem

colorem & corneum imitãs,etiã albi circu li,unde nomen earum ortum putãt Cor- neolas uocãt,quãq; alij Carneolas a carni- bus nomen sortitum uolunt,et Sardam ue rius q̃ Sardonycem esse. melleæ aut feculẽ tæ improbãtur,aut si ex alio colore admit tit aliquid enormiter.Nihil enim in sua se- de interpellari placet.Improbantur et armẽ nicæ quæ sunt zona pallida.Dionysius di- cit hanc gemmã ad corporis custodiam fa cere,eoq; athenienses uti solent. Dionisi.

De Onyce. ὄνυξ

¶Ob nominis societatem exponenda est et Onycis natura.Sudines dicit in hac gem ma esse cãdorem unguis humani.Itẽ Chry soliti,colorẽ & Sardæ, & Iaspidis. Aliqui dicunt Indicam Onycem plures habere ua rietates,igneã,nigram,corneã,cingentibus cãdidis uenis,oculis modo interueniẽtib⁹ Onyx Arabica nigra inuenitur cãdidis zo nis,& p hoc ab Indica distat,q illa ignicu- los habet, albis cingentibus zonis singulis pluribus ue,aliter tamen q̃ in Sardonyce indica Dicunt alij carnosas esse indicas p- te Carbunculi ,parte Chrysoliti,& Ame- thysti,sed totum id genus a uera Onyce ab dicant.uerã nanq; Onycem plurimas ua- rijsq; cum lacteis zonis habere uenas oĩm

transſitu colore inenarrabili & in unum re-
deunte concentum grata ſuauitate.

¶De Hematite.

¶Hematites ſanguineo rubore & propte
rea Hematites uocatus, in Æthiopia præci
puus naſcitur, & in Arabia & Affrica, hu-
ic nō ſine mendacijs magi fata humana at
tribuunt, ut ſcilicet a rege aliquid petituris
adeſſe, litibus iudicijſq; eam interponūt. In
prelijs etiam ſalutarē eſſe pronunciāt, quaſi
non ſatis ſit eum oculorum, & iocinorum
medicinis decoraſſe. De Corallio.

¶Corallium que Gorgonia appellatur
quoniam extractum aquis lapideſcit, gigni
tur in mari rubro & in Perſico, laudatiſſi-
mū in Gallico ſinu circa Orchades inſulas,
& in Siculo circa Drepanum Et ante Nea
polim, & ante Corniculum, etiam hac tem
peſtate. Forma eius fruticis eſt color uiridis
baccę eius candidę quantiſper ſub aquis et
molles ſunt ac tactu prope carnulentæ. Ex-
empte confeſtim durantur, & erubeſcunt,
ſicut corna ſatiua. Aiunt tactu dum uiuit
prorſus lapideſcere, propter quod euellit̄
retibus ac ferramento precindit̄. Pro Am-
muleto, i. pro ammoliendis faſcinationibꝰ
infantiæ alligatur, Dioſcorides etiam ſalu-
tarem

ſalutarem domib9,quod eas nec maleficis,nec umbris malis,uexari ſinit, a ſomnijs item inanibus præſeruare. Metrodorus affirmat quod maria emolliat,fulminibuſq;,et Typhonibus reſiſtat. Stomachi doloribus gelatū aut in puluerem contuſum epotumq; conferre ſcribitur. Metrodo.

De Hepheſtite.

Eſt & gemma Hepheſtites dicta,ſpeculi naturam imitans in reddendis imaginibus quamq; rutilis. Experimentum eſt ſi feruētem aquam refrigeret,aut ſi in ſole materia arida addita accendat. Magi aſſerunt portantibus ipſum audatiam augere, grandineſq; & locuſtas a fructib9 arcere. Eſt Chryſolampis noctu ignei coloris, licet die palleſcat. Chryſola. E Crocallis que ceraſum repreſentat. Crocal.is Eſt & Panthaurus ignei fulgoris gēma in India reperta omnes in ſe lapidū uirtutes continens,ut aurum metallorum.

De Chryſolito & alijs.

¶Proſequamur & hic gemmas lutei coloris q rutilo dilutior eſt q̄lis eſt color auri, Ei9 coloris eſt chryſolitus.aureo enim colore tranſlucet,has mittit æthiopia,ſed his Indicæ præferuntur & Bractianæ ſi uariæ non ſunt, deterrimæ uero Arabicæ, quoniam turbidæ ſunt,& uariȩ,& fulgoris in

interpellati nubilo macularꝝ,etiā quæ cōtin
gunt limpidum ueluti scobæ sua referte.
Optimi sunt q in collatiōe aurum albitare
quadā argenti facie cogunt. Funda hij in-
cluduntur cœteris subijcitur aurichalcum
Inuenitur hec gemma & in Germania in
iugis misniacis,& locis sibi uicinis,sed faci
le frangibiles,splendore tamen ad cādorem
declinātes,hunc uulgo Cetrinum uocant
Vanum est credere ipsum aduersum no-
cturnos timores ualere, si seta asini in bra-
chio sinistro ligatus,demoniacꝫ abigere.Iā
exptes gemmarꝝ aliquos,Chrysoelectros
appellāt,qꝫ in colorem Electri declinant.
Iucundiores matutino aspectu. Est ex his
Leucochrysis nuncupata interueniēte cādi
da uena.Sunt & in eo genere Capniæ,sunt
et uitreis similes,ueluti croco fulgentes, sed
uitreæ discerni non possunt,tactus uero de
præhendunt,tepidior in uitreis. Sunt in eo
genere Melochrysi ueluti per aurꝝ sincero
melle trāslucente,has India mittit,quācꝫ ad
Bochus iniuriā fragiles,Bochus autor est in Hispa-
nia Chrysoliton duodecim pondo a se ui-
sam Hormesion inter gratissimas aspicitur
ex igneo colore radians,auro portante se-
cum in extremitatibus candidam lucem.
Chrysotopsis gemma est quam lux cælat
prodit

prodit obscurum. Hęc enim est in illo diuer sitas ut nocte igneus sit, die pallidus. Ætites fuluus est, et tereti postiōe alterum lapidem intrinsecus cohibens, cuius crepitu sonor⁹ est. quum mouetur quamq̄ tinnitum illum non internum scrupulum, sed spiritum esse hunc Ætitem Zoroastres omnibus pręfert maximamq̄ illi tribuit potestatem. Inueni̇t aūt in nidis aquilę aut in littoribus oceani. Ætites.

De Electro Linturio & alijs.

¶Est Succini genus quod Electrum uocant græci, in insulis septentrionalis oceani genitum, et ad littus ui tempestatum adactū Id olim glessum gentiliter Germani uocabant. Inde glessaria dicta hec portio fuit. Romanæ militiæ Austrauita & Sudinia a barbaris, quāq̄ & in locis alijs inueniatur, abundantius tamen in ea ipsa. Nascit̄ autē defluente medulla ex pinei generis arboribus, ceu gummi e Cerasis, densatur rigore maris. Succum arboris esse de significatione nominis capessimus. Pinum uero unde sit genitum, ipsius succi odor indicabit. Falsum est, q̄ pardanæ syluæ hanc speciem lapidis fleuisse existimantur. Sed germani in Illiricum eam intulerunt, quomodo per pannonica commertia usque ad padanos homines fore delata, q̄ ibi primum uisa,

etiam nata credita est. In munere Neronis principis omnis apparatus sine succino inornatus fuit. Nec difficulter cum Rex Germaniæ per idem tempus tredecim milia librarum dono ei miserit. Sunt eius genera q̃ꝫ plurima, quę pro facie nomen habent. Candida quæ odore præstant, fulua & trãslucentia. Cærea & quę falerna, utrunqꝫ a similitudine, aut uini, aut mellis, Infantibus quoqꝫ pro Amuleto alligantur. Contraqꝫ lymphationes cuicunqꝫ ætati, quod fuluũ est ab aliquibus Chrysoelectrum uocatur id si collo alligatur mederi febribus dicitur. Transpadanę mulieres ipsum circa colla gestauere. Valet contra fautium uitia uario genere aquarum, iuxta illos infestante

Calistratꝰ guttura, ac uicinas carnes, Calistratus ꝓdit ipsum tritum cum melle rosaceo, auriũ uitijs. & si cum attico melle oculorum obscuritatibus mederi. Stomachi etiam uitijs uel per se, uel cum mastice farina eius epota Attritu digitorum caloris ui accepta attra

Craterit. hit in se paleas, & folia arida, ut Magnes ferrũ, notissimũ id cuiqꝫ, Craterites iter Chrysolitũ & Electrũ colorẽ habet prędurę natu

Chelonit. rę. Chelonitides ẽ testudini similis, ex q̄bus ad tẽpestates sedãdas multa uaticinanť et q̃ ex his aureis guttis sit, cũ Sorabeo deiecta

in aqua

aquā feruentem, a tēpestatibus tueri. Chrisophis aurum uidetur esse, Lyncurium gēma Electri colore īuenio, qui ex urina Lyncis in duriciem calculi coit. Istud etiam animal persentiscere, hoc documento ꝓbatur ꝙ egestum liquorem illico harenarum cumulis quantum ualet contegit inuidia .s. ne talis egeries transeat in nostrum usum, medetur regio morbo. Thecolitos nucleo oliuę similis sperniť, quō uidetur sed remedijs pollens, uincit aliorum pulchritudinē, Solutus quippe et haustus, pulsis calculis, renum dolores, ac uesicæ leuat. Theocol.

De Opalo.

Obiter & Opali natura dicenda est cui superius Carbunculi ignem tenuiorē Amethysti purpureum fulgorem, & Smaragdi gratissimam uiriditatem inesse diximus. & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia, cui sulphuris ardentem flammam æquauere. Cōpositores gemmarum ei preciosissimam gloriam, & maximam difficultatem dedere. Magnitudo eius nucis auellanæ. Est insignior fact9 historia Nonij & M. Anthonij triumuiri antea relata. Vitia Opali sunt, si color in florem herbæ que uocatur Heliotropium exeat. aut Chrystallū aut grandinem. Si sal interueniat aut scabritia,

ſcabritia,aut cuncta oculis occurſantia,nul loſq; magis India ſimilitudine indiſcreta uitro adulterat.Experimentum in ſole tantum eſt,falſis enim cōtra radios libratis digito a pollice,unus atq; idem tranſlucet color in ſe conſumptus,fulgor ueri ſubinde uariat,& plus huc illucq; ſpargit,& fulgor lucis in digitos funditur,Appropinquant huic gemma alia quam Pederota nominãt et priuatum genus faciunt cum ſumma coloris, ex aere & purpura conſtat, uiriditas Smaragdi deeſt,nitet,ſed mollius. Opal9

Opalus raroq; nō ſcaber,melior ille,cuius color colore uini fuſcatur,quoniam qui diluitur aqua.Tradit̃ naſci in,Ægipto & in Arabia, et uiliſſimi in Pōto.Item in Gallatia,& Cypro ac Tharſo,Amorẽ cōciliare creditus ẽ.

¶De gemmis ceruleis & nigris.

¶Reperiuntur & gemmæ cæruleæ, hoc eſt, quæ cœlum colore imitantur, ceu Saphirus, Cyaneuſq;,quamuis & nomine tali colos ſignificet̃ ut Plinius inquit. Eſt autem Cyane9 ex Iaſpidis genere cæruleo colore.Iaſpis enim ut dictum eſt cęrulea circa Thermodoontem amnem reperitur. Optima ẽ Schytica,deinde Cypria, poſtremo Ægiptia. Theophraſtus hanc gemmã in marem & fœminam diſtinguit. dicens

eam

tam quę mas est, a Saphiri colore multum non distare. Hec est gemma, quam officinę hodie Turciã uel Thoricum uocãt. Neoterici aiunt ipsam ea ui pollere, ut hominẽ in lapsibus ne membra laxentur, frangantur ue conseruare. Alijs nõ inepte uisum est hoc nomen ante Smaragdo cœco minimeq; translucido accomodatum fuisse, uti constat ex superioribus, qui in argentarijs metallis regionis atticæ in loco qui Thoricus dicitur, repertus est, Indeq; ipsum & ad hanc gemmam pinguiter cæruleo colore tumescentem tractum, ut & ipsa Thoricus nominari cæpta sit, Quũ Plinio teste Smaragdi sint, qui aliquid e Saphiro cęruleoq; habeant, discutiant legentes.

De Saphiro.

¶Saphirus eiusdem coloris gemma trãslucida, cui aliquando aureus puluis inesse uidetur, hoc est, ipsum punctis aureis collucere, raroq; cum purpura, & ij mares sunt, ad eosq; Cyaneus appropinquat ex sentẽtia Theophrasti. Adulterantur autẽ maxime tinctura, idq; in gloriam regis Ægiptij adscribitur, qui primus eum tinxit. Qui candidi sunt Saphiri, colorem Adamantis referunt. Sunt autem ut Plinius inquit inutiles sculpturæ, interueniẽtibus Chrystallinis

centris,

cētris optime apud Medos reperiunt̄ nusq̄ perlucidę. Quæ si de Saphiro a Plinio di cta intelligantur, nequaq̄ probanda sunt quum Saphirus & sculpitur & perluceat. Sunt ergo de Cyaneo hæc uerba Plinij ac cipienda, Qui in colore uti dictū est ad Sa phirum accedit. Promiscue enim Plinius agit de Cyaneo & Saphiro, quę Solin⁹ de Hyacintho retulit Saphiro accomodata sūt ipsum esse colore cæruleo, qui aliquando uiolaceo diluitur, aliquando nubilo obdu citur, quandoq̄ in aquaticum eliquescit. Preciosus uero qui inculpabili nitore inue nitur. Optimus enim in illo tenor est, si nec densiori fuco sit obtusior, nec propensa p- spicuitate deiectior, sed ex utroq̄ tempera- mento lucis & purpuræ moderatum, sua- uiter florem trahit. Quis negat hæc singu- la inesse Saphiro. Et subdit, hic est qui sentit auras, cū cœlo facit mutationem, nec ęqua liter rutilat, quum aut nubilosus est, aut sere nus dies, Præterea ipse in os missus magis friget. Medici aiūt ipsum uim fugandi An tracem pestilentem habere, quod experien tia plurima comprobatum cognouimus. Dioscori. Epiphoras oculorū sanari dicit. Inuidięq̄ resistere si ī eo Scarabe⁹ insculpt⁹ sit.

De Calaide & Cęraunia.

Est

Eſt & gemma Saphirum imitata dicta Ca-
lais candidior, eo & littoroſo, mari ſimilis.
Eſt et Ceraunia cærulei ſplendoris, in Car-
mania naſcens, Eſt & candida, de qua inter
candidas dictum eſt. Sunt autem omnes
criſtallina perſpicuitate Solinus inquit. Ce-
rauniorum genera porro diuerſa ſunt. Car
manicum candidum eſt, ſplendet cærulo, ſi
ſub diuo habes colorem ſyderum rapit So
tacus fecit alia duo genera. Ceraunię nigras
rubenteſꝗ, ſimileſꝗ eas eſſe ſecuribus. Pol-
let & Luſitanum littus gemma Cæraunia,
cuius color Zepiropo eſt, qualitas igni pro-
batur, quę ſi perferant, aduerſus uim fulgu-
rum creditur opitulari. Plinius ait, per illas
quæ nigræ ſunt, & rotundæ, urbes expu-
gnari & claſſes, eaſꝗ uocari Betulos, quę ue
ro longæ ſunt cæraunias, facit & aliam rarã
admodum, & Parthorum magis queſitam
quoniam non alibi inueniatur, ꝗ in loco
fulmine icto, ſicut & Ambria, quam aliqui
Notiam uocant, & Brontia, quam ſimiliter
cadere cum imbribus, & fulguribus dicit,
eundemꝗ effectum habere, quem Brontia
que cum tonitruis cadit, & fulmina icta re-
ſtinguit, ſi credimus calamitatem uocant a
calamo, feruntꝗ plures calaitas ſimul iun-
ctas eſſe   Cadmites eadẽ eſt quã Oſtracitẽ

uocant

uocant, nisi ꝙ hanc cæruleæ bullæ interdū cingunt. De Moris gemmis.

¶ Gagates lapis plurimus optimusq́; in Britannia flumine amnis Gagatis reiectus. Est autem niger, planus, leuis, et nullius fere ponderis, ardens, igni admotus, ex eo scripta fictilia nō delentur. Serpentes fugat, uirginitatem deprӕhendere dicitur. Aqua ardet, oleo restinguitur, attritu calefactus detinet paleas, æque ut Succinum,

Galactites Galactites in ripa Acheoi amnis Grçciæ inuenitur ater, sed candidum succum reddere dicitur, si teratur, & lactis saporem, fœminis nutrientibus alligatus fœcundat ubera, subnexus paruulis, largiusculos haustus saliuarum facit. Intra os receptus liquescit. Eandem memoriam adimere dicūt. Inuenitur & in Nilo.

Ananchi. Ananchitis qua necromantici dicunt euocari imagines deorꝝ, Synochitide imagines inferiorum teneri, utræq́; nigræ,

Orca. Orca barbari nominis e nigro fuluoq́; & candido placet.

μόριον Inter gemmas nigras Morion Indica numeratur que nigerrimo colore trāslucet, in qua miscetur, & Carbūculi colos,

Apistos Apistos nigra est, & ponderosa, distinguentibus eam rubentibus uenis, quę igni excalefacta septenis diebus calorem tenet, putāt prodesse eā contra frigora, Belus est quasi

oculi

oculi pupilla nigra e medio auri lucēte cā-dore circūcincta. Hecpropter suā speciem sacratissimo Assyriorum deo dicatur. Sed est alia quam Belum uocant in Arbelis nascens nucis iuglandis magnitudine, specie uitrea. Chalcophonos nigra est & illisa æris tinnitum reddit, tragœdis, ut suadēt magi, gestanda. Chelidoniæ duorum generū sunt hirundinū colore, & aliæ partim purpureæ nigris interpellantibus maculis. Dyonysias nigra est, mixta rubentib9 maculis que trita ex aqua uini saporem facit, & ebrietati resistere putatur. Encardia cognominatur & Dardisce gēma una in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodē nomine uiridis coloris speciem repręsentans. Tertia nigrū cor ostendit, reliqua sui parte candida. Medea ab inuentrice dicta. Habet in nigro uenas aurei coloris, sudorem reddit croci, saporem autem uini. In Agyptilla per album sarda nigraq; uena transit, uulgus in nigra radice cæruleam facit, Leucophthalmos quattuor est colorum, ex rutilo & sanguineo, in medio nigrum cādido cingitur. Cyamea fabaria semina nigra est, sed fracta fabæ similitudinem facit.

Chalcop. Dyonisi. Medea Agyptilla Leucoph.

De Gemmis ad Ectypam.

¶Gemmas ad Ectypam eruditi dixere quæ

ad imagines in eis sculpendas aptę sunt. Harum quanq; multę numero sunt, Peantides tamen que & Gemmohuidas nuncupatur quo nomine prægnantes ac plenæ significantur, sese principem effert, quod usu uulgatior est. dicitur mederi parturientibus, & etiam parere, tales inueniuntur in Macedonia, iuxta monumentum Tiresiæ, Speciesq; est eis aquæ glaciatæ, de eis etiam sunt Mesomele, nigra uena quemlibet colorem secante per medium. Nasomonites sanguinea nigris uenis. Nebrides libero patri sacra, nomen traxit a Nebridum similitudine. In sculpendarum gemmarū arte, Pyrgoteles princeps fuisse scribitur, ex quo se uetuit Alexander ab alio sculpi, facilius etiam quæ uoluerimus, gemmis insculpi terebra feruefacta.

Nasomo.

Nebrides

Vnde gemmis nomina indita sunt.

¶Nomina gemmis indita sunt, uel a membris animaliū, ut Hepatites a iocinore. Vriophalmos tres hominis oculos simul exprimens. Vel ab animalibus, ut carcinias, qui cancri marini colorem imitatur. Echites que uiperę. Scorptites que Scorpionis aut colorem, aut effigiem exprimit. Æglopthtalmos que caprino oculo similis. Et a gruis collo Geranites. Heracitis accipitris collum referens Ætitos a colore aquilæ canz

denti &

candentis caudæ, Mirmetites innatam for-
micæ effigiem habet, Lycopthalmos a lu- Lycop.
porum oculis, quattuor enim colorum est
rutilo & sanguineo, in medio nigrum prę
cingit. Thaos pauoni est similis. Arenæ si- Thaos
militudo est in Hammocriso ubi aurꝝ ha-
renæ mixtũ uidetur. Calazias grandinum Calazias.
& colorẽ & figuram habet adamãtini du-
ritiei. Narrãt etiam in ignem missam rema
nere suum frigus. Enais rotũditatis absolu
tæ in cãdore est lenis, sed ad motum fluctu Enais.
at intus in ea ueluti in ouis liquor. Sũt quę
dam a leonis pelle nominatę ut Leontios.
Pardalios Color aureꝰ appellauit crisolitõ
crisoprassum glaceus. Melleus melichrota.
Crotias a croco. Rodites a rosa. Melites ma
li colorem. Calcites æris Cicites fici referũt
Sunt & apud Barbaros sua nomina gem-
mis nondũ latinitate donata. Nec id prętę
reũdum est increscẽtibus uarie in gemmis
maculis atqꝫ uerrucis linearꝝ quæ multipli
ci ductu & colore gemmam afficiunt, sępe
numero in ea materia nomina uariare.

Que ad obseruantiã gemmarꝝ ꝑtinent.

¶In omnibus gemmis obseruatur in pri
mis figura. In qbus oblõga maxime ꝓba-
tur. Deinde quæ uocatur lenticula. Postea
clipeiclos & rotunda. Angulosis minima

gratia est, Cauæ aut extuberantes uiliores habentur æqualibus. Sed qua ratione ueras a falsis deprehendere possumus magna difficultas est Quom inuentum sit ex ueris gemmis in alterius generis falsas traducere qua fraude nulla est lucrosior Sed ut aduersus fraudem ea parte mortalium luxuriam muniamus, præter illa quę in principalib⁹ quibusq; generibus priuatim diximus, hæc pro corrolario adiecimus. Translucentes matutino probari, aut si necesse est in quartam horam, postea nequaq̄. Pondere etiā probantur, nam si grauiores sentiuntur reijciendæ, post hoc corpore, fictitijs enim pustulæ in profundo apparent, scabritia in cute, in capillamento fulgoris incōstantia, priusq; ad oculos perueniāt, nitor desinit. Māgones gemmarum efficacissimo experimēto depræhendunt fraudem, si decussa fragmenta paulum in lamina ferrea teratur, recusant & limæ probationem, quam fictitiæ admittunt, quæ etiam fragmentis obsidione sacrificari posse, ueras non posse. In hoc tamen diuersitas est. q̄ alię scalpi ferro non possunt, alię nō nisi retuso. Verum omnes Adamantem perferunt magisq; feruore calidum.

In uniuersum de gemmis.

Theophrasti

Theophrasti de gemmis sententia est. Gemmas terrea siccaq; materia constare, que dũ pro defluxum aut distillationem secernitur & pro loci temperatura, siue p calorem, ut in murrinis, siue per frigus, ut in Crystallis condensatur, & ceu quæq; planiores splendidioresq; sunt sic puriorem purgatiorẽq; materiam in se demonstrãt. Inde fit, ut quędam quum minus puram materiam nactę sunt, uitijs obnoxiæ fiunt, ea in transiucentibus capillamentum sal, plumbago uocantur, in non translucentibus si in aliqua parte sui transparentes sint. Gemmas minime cõflatiles Aristoteles docuit, tãq; eis minus humoris q; metallis ĩsit, quę per oĩa genera conflant̃ in ipsis tamẽ sexũ reperiri omniũ cõsensus est. Fœmina semper hebetior splẽdore, & inferior uirtute est. Insuper & ad remedia occultaq; ui & cęca origine pollere nemo sanę mẽtis negauit. Ad superstitiosa tamẽ et anilia, magicasq; uanitates efficaces haud facile cõcesserĩ. Nã id fateri ceu ridiculũ, ita nec sane religiosũ eẽt. Quis em̃ nõ rideret in Gagate castitatẽ. In Sarda lęticiã ĩ Topazio securitatẽ, si sinistro brachio adligatus fuerit, in Hyacintho maris trãquillitatẽ, si in ea Neptunus scalpat̃. In magnete uxoris impudicitiã deprẽhẽdi si puluillo sub ijciat̃, & illa nõ quiescat. q; si aliqua id gen⁹ Aristotel

a me relata sunt ut plane noscant quæ de il
lis priorum opinio fuit in mediū tuli, non
quo assererem diligenter monitum uelim.

¶De Anulorum usu.

¶Quū gemmarꝝ usus ut plurimū in A-
nulis existat, q̊s prisci ungulū, græci Sym-
bolū dixere, operepretiū duxi hic obiter de
anulis qcq̃ iudicare. Anulos Troianis tē-
poribus nō fuisse in usu ex Homero notat
Verꝝ qui prius anulū induit digitis ignora
tur. Nā de Prometheo omnia fabulosa ar
bitror, quandoq; illi ferreū Anulū dederit
antiquitas, uinculūq;, id non gestamē intel
ligitur. Quis.n. non fabulosiorē putaret Mi
dæ anulū, quo circumacto, habentē nemo
cerneret. Apud romanos longo tēpore ne
senatū quidē aureos habuisse. Pliniꝰ autor
est. Siquidē his tantū qui legati ad exteras
gentes ituri essent, anuli publice dabantur
neq; aliis uti licuit, q̃ qui ex ea causa publi
ce accepissent. Triūphantibus quāq; coro
nam ex auro Ethruscam habebāt, anulus
tamē in digito ferreus erat, hi quoq; qui ob
legationem acceperant, aureo in publico
utebantur, in domo ferreis. Mittebatur e-
tiam sponsæ anulus ferreus, isque sine gem
ma. Quisquis autem primus anuli aurei
usum introduxit incertum est, aliquandiu
tamen

tamen promiſcui uſus fuiſſe indicat. Cannenſis clades ſecundo punico bello. Aliter enim non potuiſſent trimodia illa anulorꝫ Carthaginem ab Hannibale mitti. Tandē anulus equeſtrem ordinem a plebe diuiſit ut ſemel celebres eſſe cęperant, ſicut tunica hoc eſt laticlauus, uel purpura, ab anulis id eſt equeſtri ordine ſenatum, ita medium ordinem tertiumqꝫ plebi & patribus anulus inſerui, quem ordinem Cicero in conſulatu ſuo ſtabiliuit, hinc uſu uenit, ut q hodie ad dignitates tolluntur, anulis exornentur ceu per eum a plebe ſecernantur. Mos fuit hunc gerere in digito ſiniſtrę manus, q minimo proximus eſt, dicunt id Ægiptios inueniſſe, qꝫ uena a corde in eum continuata ſit digitum. Atteius Capito ideo exiſtimauit, quia manus illa & digitus ſint minꝰ officioſi. Gallię, Britannięqꝫ in medio digito dicuntur anulo uſę, qui poſtea ſolus excipiebatur. Et ob id infamis dictus eſt. Sunt qui dicunt anulum propterea ſignādum digitis inductū ut cōdat tanqꝫ res rara et ad iniurię uſus indigna. Germani ueteres anulo ſerreo colla circundabāt, quē nō niſi hoſte cęſo relaxabant.

τ έ λ ❍.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIÆ DE gemmis.

De Origine gemmarum.



T nihil instituto operi desit, gemmę supersunt, & in arctũ coacta rerũ naturæ maiestas, a multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt uarietati coloribus materiæ decori. Violari etiam signis gẽmas nefas ducẽtes. Aliquas uero extra pręcia ulla taxationemq́ humanarum opum arbitrantes, ut plerisq́ ad sũmam absolutam rerum naturæ contemplationem satis sit, una aliqua gemma. Que fuerit origo gemmarum, & quibus initijs in tantum hec ammiratio exarserit, diximus quodam tenus in mentione auri annulorumq́. Fabulę primordiũ a rupe Caucasea tradunt. Promethei uiculorum interpretatiõe fatali. Primumq́ saxi fragmentũ inclusum ferro ac digito circundatum, hoc fuisse annulum, & hoc gemmam.

¶De gemma Polycratis tyranni, & Pyrrhi regis, & q sculptores optimi, et nobilitates artificũ, & q primus dactylothecam Romae habuit.

¶His initijs cœpit auctoritas in tantum amorem elata ut Polycrati Seuero Samio insularũ ac littorũ Tyranno, fœlicitatis suae quam nimiũ fatebat esse ipse, satis piamẽti in unius gẽmae uoluntario dãno uideret, si cum fortunae uolubilitate paria faceret. Pla neq; ab inuidia eius abunde se redimi putaret, si hoc unum doluisset. Assiduo ergo gaudio lassus, prouectus nauigio in altum, annulum mersit. At illum piscis eximia magnitudine reginatus escae uice raptũ, ut faceret ostentum, in culinam domini rursus fortunae insidiantis manu reddidit. Sardonicem eam gemmam fuisse constat, ostenduntq; Romę (si credimus) in Cõcordię delubro cornu aureo Augustae dono inclusam, & nouissimum prope locum tot praelatis optinentem. Post hũc annulum regia fama est gẽmae Pyrrhi illius qui aduersus Romanos bellum gessit. Namq; habuisse traditur Achaten, in qua nouem musae & Apollo citharam tenens spectaretur, non

arte

arte, sed sponte naturæ ita discurrētibus maculis, ut musis quoq; singulis sua redderentur insignia. Nec deinde alia que traditur magnopere gemmarū claritas extat apud auctores, præterq̄ Ismeniam Choraulem multis fulgentibusq; uti solitum comitante fabula, uanitatē eius indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo in qua fuerat sculpta Amymone iussisse enumerari Et cū duo relati essent, īminuto precio, male me Hercules curatum dixisse, Multū enim detractum erat gemmæ dignitati. Hic uidet instituisse, ut omnes musicę artis hac quoq; ostentatione censerentur, ueluti Dionysiodorus æqualis eius & æmulus, ut sibi quoq; par uideretur. Tertius qui eodem tempore fuit inter musicos Nicomachus multas gēmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas, sed sorde quadam His exemplis initio uoluminis oblatis aduersus istos qui sibi hanc ostentationem arrogant, ut palam sit eos tibicinum gloria tumere. Hoc in Polycratis gemma, que demonstratur, illibata intactaq; ab Ismeniæ ætate post multos annos apparet scalpi etiam smaragdos solitos. Confirmat hanc eadem opinionem edictū Alexandri magni, q̊ uetuit in gēma

Ismenia

Dionysio

Nicoma.

ſe ab alio ſcalpi q̃ a Pyrgotele nõ dubie cla
riſſimo artis eius. Poſt eum Appollonides
& Croniũ in gloria fuere. Quiq; diui Au
guſti imaginem ſimilem expreſſit, qua po-
ſtea principes ſignant. Sylla dictator tradi-
tione Iugurthę ſemper ſignauit. Eſt et apud
auctores & inter Catienſẽ illum cuius pa
trem Scipio Æmylianus ex prouocatione
interfecerat, pugnæ eius effigie ſignaſſe uul
gato Stillonis Præconini ſale. Quidnam
fuiſſe aucturum eum ſi Scipio a patre eius
interemptus eſſet? Diuus Auguſtus inter
initia ſphinge ſignauit. Duas autem in ma
tris annulis iam indiſcretę ſimilitudinis in
uenerat. Altera per bella ciuilia, abſente eo
amici ſignauere epiſtolas & edicta Que ra
tio temporum nomine eius reddi poſtula-
bat, non infaceto lepore accipientium eni-
gmata afferre eam ſphingem. Quin etiam
Mœcenatis rana per collationem pecunia-
rum in magno terrore erat. Auguſtus po-
ſtea ad deuitanda conuitia ſphingis Alexã-
dri magni imagine ſignauit. Gemmas plu
res, quod peregrino appellant nomine da-
ctylothecam, primus omnium habuit Ro
mæ priuignus Syllæ Scarus. Diuq; nulla
alia fuit, donec Pompeius magnus eã, que
Mythridatis regis fuerat, inter dona in ca-
pitolio

capitolio dicaret,ut.M. Varro,aliiq̃; eiusdē ætatis auctores confirmant,multum præ-latam Scauri. Hoc exemplo Cæsar dicta-tor sex dactylothecas in æde Veneris geni tricis consecrauit.Marcellus octauia genit⁹ in palatina Apollinis æde unā. Victoria ta men illa Pompeii primum ad margaritas gemmasq̃; mores inclinauit. Sicut. L. Sci-pionis & Cn. Manlii ad cælatum argentū & uestes attalicas, & triclinia ærata. Sicut. L. Mummii ad corinthia & tabulas pictas.

¶De gemmis translatis in triumpho Pompeii, & natura crystalli & medicinis,& luxuria circa eā,& quando primū inuenta myrrhi na,et luxu-ria circa ea & natura myrrhino-rum, quæ mentiti sunt au-ctores de succino.

¶Id uti plani⁹ noscat̃,uerba ex ipsis Pōpeii triūphorꝫ actis subiiciā. Ergo tertio triūph. quem de pyratis, Asia, Ponto,gentibusq̃; & regibus in septimo operis huius uolumi ne indicatis: M. Pisone. M. Messala consſ. pridie calendas octobris,die natalis sui egit

transtulit

trāstulit alueum cum tesseris, lusorium e gē-
mis duabus latum, pedes tres, longum, pe-
des quattuor. Et ne qs de ea re dubitet nul
la gemmarum magnitudine hodie prope
ad hanc amplitudinem accedente. In quo
fuit luna aurea, pondo. 30. Lectos triclinia
res tres. Vasa ex auro & gemmis abacorū
nouem Signa aurea tria. Mineruæ, Martis,
et Apollinis, coronas ex margaritis. 30. tres
Montem aureum quadratum cum ceruis
& leonibus & pomis omnis generis circū
data uite aurea. Musæum ex margaritis, in
cuius fastigio horologium erat. Imago Cn.
Pōpeij e margaritis, illa regio honore gra-
ta. illius probi oris uenerandiq; per cūctas
gentes, illa inquam ex margaritis, seuerita-
te uicta, & ueriore luxuria q̄ triumpho.
Quod profecto inter illos uiros durasset co
gnomen Magni, si prima uictoria sic trium
phasses de margaritis Magne, tam prodiga
re & fœminis reperta, quam habere gere-
req; fas nō sit. Hinc sic fieri tuos uultus? sic
te præciosum uideri? Nonne illa similior
tui est imago, quam Pyrenei iugis īposui-
sti? Graue profecto, fœdumq; probrū erat,
ni uerius sit eū deorū ostentū credi oportere.
Clareq; intelligi posset, iā tum illud caput
orientis

orientis opibus sine reliquo corpore osten tatum. Cætera triumphi eiusdem q̃ uerissime subĳciam Reipu. datum mille talentũ. Legatis & quæstoribus, qui oras maris defendissent sestertia bina millia. Cõmilitibus singulis quinquaginta. Tolerabiliorem tamen fecit causam Caĳ principis, qui sup omnia muliebria soculos induebat e margaritis. Et Neronis prĩcipis qui sceptra per sonis histrionum, & cubicula uiatoria, unionibus consternebat. Quinimmo etiam ius uidemur perdidisse corripiendi gẽmata potoria, & uarie supellectilis genera annulos transeuntes. Quæ enim non luxuria innocentior existimari possit? Eadem uictoria primum in urbem murrhina inuexit. Primusq; Pompeius sex pocula ex eo triũpho capitolino Ioui dicauit. Quæ protinus ad hominum usum transiere, abacis etiam, escariĳsque uasis inde expetitis. Excrescitque in dies eius rei luxus. Murrhino 80. sestertĳs empto capaci plane ad sextarios tres. Calice, potauit ex eo ante hos annos consularis ob amorem abraso eius margine, ut tamen iniuria illa precium augeret. Neque est hodie murrhini alterius præstantior indicatura. Idem in reliquis generis eius quantum uorauerit licet æstimare

licet æstimare ex multitudine, que tāta fu-
it, ut auferente liberis eius Nerone Domi-
tio theatrum peculiare trans tyberim ore
is exposita occuparent. Quod a populo
impleri canente se. Et dum poppeianis præ
ludit, etiam Neroni satis erat, qui uidit tūc
annumerari unius scyphi fracta membra,
que in dolorem credo sęculi inuidiāq; for
tunæ tanq̄ Alexandri magni corpus in cō-
ditorio seruari, ut ostentarentur, placebat.
T. Petronius consularis moriturus inuidia
Neronis principis, ut mensam eius exhære
daret trullam murrhinā. 300, sestertiis emp
tam fregit. Sed Nero ut par erat principem
uicit omnes. 400. sestertiis capedinem unā
parando Memoranda res tanti imperato-
rem patremq; patriæ bibisse. Oriens mur-
rhina mittit Inueniuntur enim ibi in pluri
bus locis nec insignibus, maxime parthici
regni. Pręcipue tamē in Carmania. Humo
rem putant sub terra calore densari. Ampli
tudine nusq̄ paruos excedunt abacos. Cras
situdine rara quanta dictum est uasi poto-
rio. Splendor iis sine uiribus, nitorq; uerius
q̄ splendor. Sed in præcio uarietas colorū,
subinde circumagentibus se maculis in pur
puram candoremq;, & tertium ex utroque
ignescēte ueluti p̄ transitū coloris purpura
rubescēte

rubescente,aut lacte candescente.Sunt qui
maxime in ijs laudẽt extremitates,& quos
dam colorum repercussus,quales in cælesti
arcu spectantur. His maculę pingues pla
cent.Translucere quicq̃ aut pallere uitium
est.Item sales uerrucæq; non eminentes,sed
ut in corpore etiam plerumq; sessiles. Ali-
qua & in odore commendatio est.Contra
ria huic causa crystallum facit, gelu uehe-
mentiore concreto.Nec aliubi certe reperi
tur,q̃ ubi maxime hybernæ niues rigent,
glaciemq; esse certum est, unde & nomen
gręci dedere.Oriens & hanc mittit.Sed in-
dicę nulla pręfertur.Nascitur & in Asia,ui
lissima circa Alabandã & Hortosiam fini-
timisq; montibus,item in Cypro.Sed lau-
data in Europę alpium iugis. Iuba auctor
est, & in quadã insula rubri maris ante A-
rabiam sita nasci que Neron uocetur.Et in
ea que iuxta gẽmam Topazion ferat. Cu-
bitalemq; efossam a Pythagorę Ptolomęi
regis pręfecto.Cornelius Bocchus & in lu
sitania nasci per quam mirandi põderis im
mensis iugis depręhensis ad liberamẽtum
aquę puteis. Mirũ & qđ Xenocrates tra-
dit Ephesiꝰ aratro in alia et Cypro excita-
ri.Non.n.inueniri in terreno,nec nisi inter
cautes. creditum fuerat. Similius ueri est

quod idem Xenocrates tradit torrentibꝰ sæpe deportari. Sudines uero negat nisi ad meridiem spectãtibus locis nasci Quod certum est, non enim reperitur in aquosis, quamquam in regione prægelida, uel si ad uada usq; glacientur amnes, Cęlesti humore paruaq; niue id fieri necesse est. ideo caloris impatiẽs, nisi in frigido potu abdicatur Quare sexangulis nascatur lateribus, non facile ratio ĩueniri potest, eo magis q̄ neq; mucronibus eadem species est, & ita absolutus est laterum leuor, ut nulla id arte possit æquari. Magnitudo amplissima adhuc uisa nobis erat, quam in capitolio Liuia augusta dicauerat, librarum circiter. 50. idẽ Xenocrates auctor est, uas amphorale uisum. Et aliqui ex India crystallum sextariorum quattuor Nos liquido affirmare possumꝰ in cautibus alpium nasci, adeo inuijs ut plerunq; fune pendentes eam extrahant Peritis signa & indicia nota sunt. Infestant̃ plurimis uitijs, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando uomica, prędurо fragiliq; centro, & sale appellato. Est & russa aliquibus rubigo. Alijs capillamentum rimæ simile. Hoc artifices litura occultant. Quæ uero sine uitio sunt, puras esse malunt. Acenteta appellantes, nec spu-

Liuia Au.

mei

ſpumei coloris lympidæq́. Poſtremo ue-
ro auctoritas in pondere eſt. Inuenio me-
dicos quæ ſunt urenda corporum non ali-
ter utilius id fieri putare, q̃ cryſtallina pila
aduerſis. appoſita ſolis radijs. Alius hic fu-
ror. HS. centum. 50. millibus trullam unã
non ante multos annos mercata matrefa-
milias nec diuite. Item Nero amiſſarum re
rum, nuncio accepto, duos calices cryſtalli-
nos in ſuprema ira fregit illiſos. Hec fuit
ratio ſæculum ſuum punientis, ne quis ali-
us ex ijs biberet. Fragmenta ſarciri nullo
modo queunt. Mireq́ ad ſimilitudinem
acceſſere uitrea, ſed ꝓdigij modo, ut ſuum
præcium auxerint, cryſtalli non diminue-
rint. Proximum locum in delicijs, fœmina
rum tamen adhuc tantum ſuccina optinẽt
eademq́ omnia hæc quæ gemmæ. Aucto
ritatem ſane maiorem aliquibus de cauſis
cryſtallina & murrhina habent. Rigidi po
tus utraq́. In ſuccinis cauſam ne deliciæ
quidem adhuc excogitauerunt. Occaſio eſt
uanitas grecorum diligentie. Legẽtes mo
do æque perpetiantur me de ortu eorum,
cum hoc quoq́ interſit uitæ ſcire poſteros
quicquid illi prodidere mirandum. Phae
tontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in
arbores populos, lachrymis electrũ oĩbus

 annis fũdere iu xta

iuxta Eridanum amnẽ,quem Padum uo-
camus. Et electrum appellatum,quoniam
ſol uocitatus ſit electros,plurimi poetæ di-
xere,primiq; ut arbitror. Eſchylus,Philoxe
nus,Nicander,Euripides,Satyrus. Quod
eſſe falſum Italiæ teſtimonio patet. Diligẽ-
tiores eorum electridas inſulas in mari A-
driatico eſſe dixerunt,ad quas dilaberetur
Padus. Qua appellatione nullas unq̃ ibi fu-
iſſe certum eſt. Nec uero ullas ibi appoſitas
eſſe in quas quicq̃ curſu padi deuehi poſſit
Nam q Eſchylus in Hyberia hoc eſt in Hi-
ſpania Eridanum eſſe dixit, eundemq; ap-
pellari Rhodanũ. Euripides rurſus & A-
polloni9 in Adriatico littore cõfluere Rho
danum & Padum,faciliorem ueniam facit
ignorati ſuccini,in tanta orbis ignorantia.
Modeſtiores,ſed æque falſum prodidere in
extremis adriatici ſinus rupibus inuijs ar
bores ſtate,quę canis ortu hoc effunderent
gũmi. Theophraſtus in Liguria effodi dix
it. Phaetontem in Æthiopia ammonis ob
iſſe. Ob id delubrum ibi eſſe atq; oraculum
Electrumq; gigni. Philemon foſſile eſſe, &
in Scythia erui duobus locis. Cãdidũ atq;
cærei coloris quod uocaretur electrum. In
alio loco fuluum quod appellaretur ſual-
ternicum. Demoſtratus Lyncurion id uo-
cat,

id uocat, et fieri ex urina lyncum bestiarum E maribus fuluum & igneum, e feminis lãguidius atq; candidum. Alij dixere langurium. & esse in Italia bestias langurias. Zenothenis langas uocat easdem, & circa Padum ijs uitam affirmat. Sudines arborem, que gignat in Liguria. In eadẽ sententia et Metrodorus fuit. Sotacus credidit in Britãnia arboribus effluere, quas electridas uocauit. Pytheas gutonibus germanię genti accolis ęstuarium mentonomon nomine oceano spatio stadiorum sex millium. Ab hoc diei nauigatione insulam abesse Abalũ Illo uere fluctibus aduehi, & esse cõcreti maris purgamentũ. Incolas pro ligno ad ignẽ uti eo, proximisq; Teutonis uendere. Huic & Timeus credidit, sed insulam Basiliam uocauit Philemon negauit flammam ab electro reddi. Nicias solis radiorum succũ intelligi uoluit. Hos circa occasum credit uehementiores in terram actos, pinguem sudorem in ea parte oceani relinquere, deinde ęstatibus in germanorum littora eijci.

Et in Ægypto nasci simili modo, & uocari sacal. Item in India, gratiusq; thure esse Indis. In Syria quoq; fœminas uerticillos inde facere, & uocare harpaga, quia folia & paleas, uestiumq; fimbrias rapiat.

Theophrastus oceano id exęstuãte ad pyr-
renei promontorium eijci, Quod et Xeno
crates credidit, qui de ijs nuperrime scripsit
Asa Rub. Viuit adhuc Asa Rubas, q tradidit iux ta
Atlanticũ mare esse lacum cęphisida, quẽ
Mauri uocẽt electrum. Hunc sole excalfa-
ctum e limo dare electrum fluitans. Mne-
sias Africę locum sycionem appellatum, et
Crathin amnem in oceanum effluentem e
lacu, in quo aues quas meleagridas & pe-
nelopas uocat uiuere. Ibi nasci ratione ea-
dem qua supra dictum est de electride lacu.
Theomenes dicit, iuxta Syrtin magnã hor
tum hesperidum esse, ex quo in stagnum ca
dat. Colligi uero a uirginibus hesperidum
Ctesias indis flumen esse hypobarum, quo
uocabulo significetur omnia uasa ferre bo
na, fluere a septentrione in exortum ocea-
num iuxta montem siluestrem arboribus
electrum ferentibus. Arbores eas aphytaco
ras uocari, qua appellatiõe significetur prę
dulcis suauitas. Mithridates in germanię lit
toribus esse insulam, uocariq; eã Oserictã
cędri genere siluosam, inde defluere in pe-
tras. Xenocrates non succinum tantum in
Italia, uerum etiã Thieum uocari, a scythis
uero sacrium, qm̃ & ibi nascatur. Alios pu-
tare ĩ Numidia gigni. Sup oẽs est Sophocl.
tragicus

tragicus poeta, quod equidem miror tãta grauitate cothurni, & præterea uitæ fama alias principe loco genitus Athenis reb⁹ gestis exercitu ducto. Hic ultra Indiam fieri dixit e lachrymis meleagridum auium meleagridum deflentium. Quod & credidisse eum, uel sperasse aliis persuaderi posse quis nõ miretur? quamue pueritiam tam imperitam posse reperiri, que auium ploratus annuos credat, lachrymas ue tã grãdesq;, auesq; e græcia ubi Meleager periit ploratum isse in Indos? Quid ergo? Non multa æque fabulosa produnt poetæ? Sed hoc ea in re que quottidie inuehatur, atq; abundet, & hoc mendacium coarguat serio quemquam dixisse, summa hominum contemptio est, & intoleranda mendaciorum impunitas.

De ortu, & medicinis, et generibus, & luxuria succinorũ, & lyncurio, & medicinæ.

¶Certum est gigni in insulis septentrionalis oceani, & a germanis appellari glessũ itaq; & a nostris unã insularum ob id glessariam appellatam. Germanico Cęsare ibi classibus rem gerente austrauiam a barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gum

ut gummi in cerasis,resina pineis erumpit humoris abundantia, densatur rigore uel tepore aut mari,cum intumescens æstus rapuit ex insulis,certe in littora expellitur,ita uolubile ut pendere uideatur,atq; considere in uado. Quod arboris succum esse etiã prisci nostri credidere,ob id succinum appellantes. Pineæ autem arboris esse indicio est pineus in attritu odor,& q accensum tedę modo ac nidore fragret. Affertur a germanis in Pannoniã, mox per prouinciã,

ἐνετός Inde Veneti primũ quos græci enetos uocãr,rei famã fecere. Proximi Pãnonię id accipiẽtes circa mare Adriaticũ. Pado uero adnexa fabulæ uidetur causa,hodieq; transpadanarum agrestibus fœminis, moniliium uice succina gestantibus maxime decoris gratia. Sed & medicinæ,quando tonsillis creditur resistere,& fautium uitijs uario genere aquarum iuxta illos infestante gutturra ac uicinas carnes. Centum fere. M. passuũ abest a Carnunto littus Pãnoniæ, quo id germaniæ inuehitur pcognitum nuper Vidit enim eques romanus missus ad id comparandum a Iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis. Qui hæc commertia & littora peragrauit, tanta copia inuecta, ut retia coercendis feris

podiũ

podium protegentia succinis nudarentur. Arma uero & libitina totusq; uni9 diei ap paratus esset e succino. Maximum pondus is glebę attulit .13. librarum. Nasci & in In dia certum est. Archelaus qui regnauit in Cappadocia illinc cortice inhęrente tradit aduehi rude, poliriq; adipe suis lactētis, in de coctum, & liquidum primo destillare ar gumento sunt quædam intus translucen tia, ut formicæ, aut culices, lacertæq; quas adhæsisse musteo, non est dubium, & inclu sas indurescenti. Genera eius plura, Candi da odoris præstantissimi. Sed nec his, nec cæreis pręcium. Fuluis maior auctoritas, Ex ijs etiamnum amplior translucentibus, præterq̄ si nimio ardore flagrent, imagi nemq; igneam inesse, non ignem placet. Summa laus falernis a uini colore dictis molli fulgore perspicuis. Sunt & in q̄bus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoq; notum fieri oportet quocunq; mo do tingui libeat, hędorum sæuo & anchu sæ radice. Quipppe etiam conchylio infi ciuntur. Cæterum attritu digitorum ac cepta ui caloris attrahunt in se paleas & fo lia arida, ut magnes lapis ferrum Ramen ta quoque succini oleo addito flagrant di lucidius diutiusq; q̄ lini medulla. Taxatio Archela.

in delitiis tãta, ut hominis quamuis parua effigies uiuorum hominum uigentiumq; precia superet, prorsus ut castigatio una nõ sit satis. In Corinthiis æs placet auro argentoq; mixtum, in cælatis ars & ingenia. Murrhinorum & crystallinorum diximus gratiam. Vniones q̃ capite circumferũtur gemmę digitis. In omnibus deniq; aliis uitiis ostẽtatio, aut us9 placet. In succinis deliciarũ tm̃ cõsciẽtia. Domiti9 Nero in cęteris uitæ suę protẽtis capillos quoq; cõiugis suę Poppeæ in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine succinos appellando. Et quoniam nullis uitiis desunt pręciosa nomina, ex eo tertius hic quidem colos cœpit expeti a matronis. Vsus tamen succinorum inuenitur aliquis in medicina, sed non ob hoc fœminis placet. Infantibus alligari amuleti ratione prodest. Callistratus & cuicunq; ætati contra lymphationes ꝓdesse tradit Et urinæ difficultatibus potũ, alligatumq;. Hic & differentiam nouam attulit appellando chrysolectrum quasi coloris aurei, & matutino grauissimi aspectus Rapacissimum ignium, & si iuxta fuerint celerrime ardescens. Hoc collo alligatum, mederi febribus & morbis. Tritum cum melle ac rosaceo aurium uitiis. Et si cum

melle

melle attico conteratur, oculorum quoq; obſcuritatibus. Stomachi etiam uitijs uel per ſe farina eius ſumpta, uel cum maſtice ex aqua pota. Succina etiam gemmis quę ſunt tranſlucidę, adulterandi magnum habent locum, maxime Amethyſtis, cũ omni ut diximus colore tingãtur. De Lyncurio proxime dici cogit auctorum pertinacia. Quippe etiam ſi nõ electrum id eſſet Lyncurium tamen gemmam eſſe contendunt. Fieri autem ex urina quidem lyncis. Sed egeſtam terra protinus beſtia operiente eã, quoniam inuideat hominum uſui. Eſſe aũt qualem in igneis ſuccinis colorem, ſcalpiq; Nec folia tantum, aut ſtramenta ad ſe rapere, ſed æris etiam ac ferri laminas, quod Diocles quidem & Theophraſt⁹ credidit. Ego falſum id totum arbitror. Nec uiſam in æuo noſtro gemmam ullam ea appellatione Et quod de medicina ſimul proditur calculos ueſicæ eo poto elidi, & morbo regio occurri, ſi ex uino bibatur, aut ſi portetur. Et tamen nunc gemmarum confeſſa dicemus a laudatiſſimis orſi. Nec uero id ſolum agemus, ſed ad maiorem utilitatem uitæ obiter coarguẽt magoꝝ infanda uanitas, quãdo illi uł plurima ꝓdidere de gẽmis

medicinæ

medicinæ ex ijs ſpecies blando prodigio transgreſſi.

¶De adamantis generibus, & medicinis, & margaritis.

¶Maximum in rebus humanis non ſolum inter gemmas pręcium habet adamas diu non niſi regibus, & ijs admodum paucis cognitus, unus modo in metallis repertus, perq̃ raro comes auri, nec niſi in auro naſci uidebatur. Veteres eum in Æthiopũ tantum metallis inueniri exiſtimauere inter delubrum Mercurij, atq; inſulam Meroen, dixeruntq; non ampliorem cucumeris ſemine aut colore diſſimilem inueniri. Nũc genera eius ſex noſcũtur. Indici non in auro naſcentis, ſed quadam cryſtalli cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt. Et laterum ſexangulo leuore turbinatus in mucronem, aut duabus cõtrarijs partibus, quo magis miremur, ut ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus iungantur magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similis eſt huic quidem arabicus, minor tantum. Similiter & naſcens cæteris pallor gentis & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus ij depręhenduntur

ita

ita respuentes ictum, ut ferrum utrinque dis-
sultet, incudesque etiã ipsæ dissiliant. Quippe
duritia inenarrabilis est, simulque ignium ui
ctrix natura, & nunq̃ incalescens. Vnde &
nomen indomita uis græca interpretatiõe
accepit. Vnum ex ijs uocant cenchron, qđ
ẽ milij magnitudine. Alterum Macedoni
cum in philippico auro repertum, et hic est
cucumi semine par. Post hos cyprius uoca
tur in Cypro repertus, uergens in æreum
colorem. Sed in medicina ut dicemus effi-
cacissimus. Post hũc est Siderites ferrei splẽ
doris, pondere ante cæteros, sed natura dis
similis. Nam & ictibus frangitur, & alio
adamante perforari potest. Quod & cy-
prio euenit. Breuiterque ut degeneres nomi-
nis tãtum auctoritatem habent Idque quod
totis uoluminibus his docere & mandare
conati sumus de discordia rerum concor-
diaque, quam antipathiam ac simpathiam
appellauere græci, non aliter clarius intelli
gi potest. Siquidem illa inuicta uis dua-
rum uiolentissimæ naturæ rerum ferri ig-
nisque cotemptrix hircino rumpitur sanguĩ
ne, ac ne aliter q̃ recenti calidoque macerata,
& sic quoque multis ictib9, tunc etiam præ-
terq̃ eximias incudes malleosque ferreos
frangens. Cuius hoc ingenio inuentum?

Quoue

Quoue casu repertum. Aut que fuit coniectura experiendi rem immensi secreti, & in fœdissimo animalium omnium profecto numeris talis inuētio hominis est. Nec querenda in ulla parte naturæ ratio, sed uoluntas. Et cum fœliciter rumpere contingit, in tam paruas frāgitur crustas, ut cerni uix possint. Expetuntur a scalptoribus, ferroq; includuntur, nullam non duriciam ex facili cauantes. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, ut iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi, aut si admotus magnes apprehenderit, rapiat, atq; auferat. Adamas & uenena irrita facit, & lymphationes abigit, metusq; natos expellit a mente, ob id quidam Eunachitem uocauere. Metrodorus Scepsius, in eadem Germania in Baltia insula nasci in qua & succinū quod equidem legerim, solus dicit, & prefert arabicis. Quod falsum esse quis dubitet? Proximum apud nos indicis arabicisq; margaritis præcium est, de quibus in nouo diximus uolumine inter res marinas

De smaragdi generibus, & gemmis uiridibus & translucidis.

¶ Tertia auctoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis, nullius coloris aspectus iucundior est. Nam herbas quoq; ui-

rentes

uirẽtes frondesq́ despectamus. Smaragdos uero tanto libentius, quoniam nihil omnino uiridius comparatum illis uiret. Praeterea soli gemmarũ contuitu oculos implẽt, nec satiant. Quin & ab intentione alia obscurata aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpentibusq́ gemmas, non alia gratior oculorum refectio est, ita uiridi lenitate lassitudinem mulcent. Praeterea longinquo amplificantur uisu, inficientes circa se repercussum, aera non sole mutati, non umbra, non lucernis, semperq́ sensim radiantes, et uisum admittentes, ad crassitudinem sui facilitate translucida. Quod etiam in aquis non fit. Iidem plerunq́ & concaui ut uisũ colligãt. Quapropter decreto hominum ijs parcitur scalpi uetitis. Quanq̃ scythicorũ ęgyptiorumq́ tanta durities est, ut nequeãt uulnerari. Quorum uero corpus extẽsum est, eadem qua specula ratione supini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorum pugnas spectabat smaragdo. Genera eorum duodecim nobilissimi scythici ab ea gente in qua reperiuntur, appellati Nullis maior austeritas, nec minus uitij. Et quantum smaragdi a gemmis distant, tantum scythici a caeteris smaragdis. Pro

xima

Proximam laudem habent ſicut & ſedem bactriani, quos in cõmiſſuris ſaxorum colligere dicunt Eteſijs flantibus. Tunc enim tellure internitent, quia ijs uentis maxime arenæ mouentur. Sed hos minores multo ſcythicis eſſe tradũt. Tertiũ locum Ægyptij habẽt qui eruuntur circa Copton oppidũ thebaidis in collib9 & cautib9 Reliqua gẽera ĩ metallis ęrarijs ĩueniunt. Quapꝑter principatũ ex ijs Ægyptij optinent, doſqꝫ eorum & ut in colore liquido nec diluto, uerum ex humido pinguiqꝫ quaqꝫ reſpiciatur imitante tranſlucidum mare, paríterqꝫ trãſlucet & nitet. hoc eſt colorem expellit, & aciem recipit. Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermię iuxta Cetarias marmoreo leoni fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis ita radiantibus etiam in gurgitem, ut territi inſtrumenta refugerent thinni, diu mirãtibus nouitatem piſcatoribus, donec mutauere oculis gemmas. Sed & uitia demonſtrari oportet reperta. Sunt quidem omniũ eadem. Quædam tamen nationum peculiaria, ſicut in homine. Ergo Cyprij uarie glauci, magiſque ac minus in eodem ſmaragdo alijs partibus tenorem illũ ſc hyticę auſteritatis non ſemper cuſtodiunt. Ad hoc quibuſdam intercurrit umbra ſurduſqꝫ

fit

ſurduſq́; ſit colos qui improbatur, etiam
dilutior. Hincq́; genera diſtinguuntur. Et
ſunt aliqui obſcuri,quos uocant cęcos. Alij
denſi nec e liquido tranſlucidl. Quidam
uaria nubecula improbati. Aliud eſt hoc
quam umbra,de qua diximus. Nubecula
enim albicantis eſt uitium,cum uiridis non
pertranſit aſpectum,ſed aut intus occurrit,
aut excipit in fine uiſum candor Hęc colo-
ris uitia, iſta corporis,capillamentum,ſal,
plumbago. Ab ijs ęthiopici laudãtur a co-
pto dierum trium itinere, ut auctor eſt Iu-
ba,acriter uirides,ſed nõ facile puri aut cõ-
colores. Democritus in hoc genere poſuit
hermineos & perſicos. Illos extumeſcentes
pinguiter,perſicos uero non tranſlucidos,
ſed iucundi tenoris. Viſum implere quem
nõ admittant. Feliũ, pantherarumq́; oculis
ſimiles. Nanq́; & illos radiare nec perſpici.
Eoſdem in ſole hebetari,umbris refulgere
& longius q̃ cæteros nitere. Omnium ho-
rum etiamnnm uitium q́ fellis colorẽ,aut
aeris habent. In ſole dilucidi quidem ac li
quidi,ſed non uirides. Hæc uitia & atticis
maxime ſentiuntur in argentarijs metallis
repertis,in loco qui thoricos uocatur,ſem
per minus pingues & e longinquo ſpęcio
ſiores. Frequens & ijs plumbago,hoc eſt

ut in sole plumbei uideantur. Illudq̄ pecu-
liare, q̄ quidam ex ijs senescūt, paulatim ui-
riditate euanida, & sole lęduntur. Post hos
medici plurimum uiriditatis habent, inter-
dum & e saphyro. Ii sunt fluctuosi, & rerū
imagines complexi, ut uerbi gratia papa-
uerum, aut auium pinnarum, uel catulorꝝ,
aut similium. Qui nō omnino uirides nas-
cuntur, uino & oleo meliores fiunt. Neq̄
est aliorum magnitudo amplior. Carche-
donij nescio àn in totum exoleuerint postq̄
metalla æris ibi defecerunt, & semper tamē
uilissimi fuere minimiq̄. Iidem fragiles sed
colore incerti & uirentium in caudis pauo
num, columbarumq̄ collo plumis similes
ad inclinationem magis aut minus lucidi.
Venosi quidem, squammosiq̄. Peculiare
erat in his uitium sarcion appellatum. Hoc
est quedam gēmæ caro. Mox iuxta Car-
chedonem in qua legebatur, smaragdites
uocatus est. Iuba est auctor smaragdum
quem cholan uocant, in Arabia ędificiorū
ornamentis includi. Et lapidem quem A-
labastritē Ægyptij uocant. Cōplures uero
e proximo laconicos in Taygeto monte erui
medicis similes, & alios in Sicilia. Inseritur
smaragdis et que uocatꝰ tanos, e Persis ue-
niēs gēma ingrate uiridis, atq̄ intꝰ sordida
Item

Item chalcosmaragdos e Cypro turbida ęreis uenis Theophrastus tradit, Ægyptiorum commentarijs reperiri, regi eorum a rege Babylonio missum smaragdum mu-nere.4. cubitorū longitudine, & trium la titudine. Et fuisse apud eos in Iouis delubro obeliscum e quattuor smaragdis.40. cubi torum longitudine. Latitudine uero in u-na parte quattuor, & in altera parte duorꝫ Se autem scribente esse in Tyro Herculis templo stantem Pilam e smaragdo, nisi po tius pseudosmaragdus sit. Nam & hoc ge nus reperiri, & in Cypro inuentum ex di-midia parte smaragdum, ex dimidia iaspi-dem, nondum humore in totum transfigu rato. Appion cognominatus Plistonices paulo ante scriptum reliquit, esse etiamnū in labyrintho Ægypti colosseum, Serapin e smaragdo nouem cubitorum. Eandem multis naturam aut certe similem habere berylli uidentur, in India originem haben-tes, raro alibi reperti. Poliūtur omnes sex angula figura artificum ingenijs, quoni-am hebescūt, ni color surdꝰ repcussu angu lorū excitet Aliter.n.politi nō habēt fulgorē eundē. Probatissimi sunt ex ijs q uiriditatē puri maris imitantur. Proximi qui uocan-tur chrysoberylli, & sunt paulo pallidiores

ſed in aureum colorem exeunte fulgore. Vicinum genus huic eſt pallidius, & a quibuſdam proprij generis exiſtimatur, uocaturq; chryſopraſus. Quarto loco numerantur hyacinthizõtes. Quinto quos heroides uocant. Poſt eos autem cærini. Ac deinde oleagini, hoc eſt colore olei. Poſtremi chryſtallis fere ſimiles. Hi capillamenta habent, ſordeſcq;, alioquin euanidi, quę ſunt omnium uitia. Indi mire gaudent longitudine eorum, ſoloſq; gemmarum eſſe prædicant qui carere auro malint, & ob id pſoratos elephantorum ſetis religant. Et alios cõuenit non oportere perforari, quorum ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatim ex auro capita compręhẽdentibus. Ideoq; cylindros ex ijs facere malunt q̃ gemmas, quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quidam & anguloſos putant ſtatim naſci & perforatos, gratiores fieri medulla cãdoris exempta, additoq; auro repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. Vitia præter iam dicta eadẽ fere quę in ſmaragdis et pterygia. In noſtro orbe aliquando circa Pontum inueniri putantur. Indi & alias quidem gemmas cryſtallo inuento adulterare reppererunt, ſed præcipue beryllos minio.

De

43

De opali generibus, & uitijs, & experimentis, & uarijs gemmis.

¶ Plurimum ab ijs differunt opali, smaragdis tantum cedentes India solum & horum est mater. Atq; ideo eis præciosissimā gloriam compositores gemmarum, & maxime inenarrabilem difficultatem dederūt Est enim in ijs carbunculi tenuior ignis. Est amethysti fulgens purpura Est smaragdi uirens mare, & cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alij summo fulgoris augumento colores pigmentorum æquauere. Alij sulphuris ardentem flammam, aut etiam ignis oleo accensi. Magnitudo nucē auellanā æquat, insigni apud nos hystoria. Siquidem extat hodieq; huius generis gēma, propter quam ab Antonio proscriptꝰ Nonius senator ē filius Strumæ Nonij eius, quem Catullus poeta in sella curuli uisum indigne tulit. Auusq; Seruilij Noniani quem consulem uidimus. Illeq; proscriptus fugiens hunc e fortunis suis omnibus annulum abstulit secum. Quem certum est sestertijs. 20. milllibus æstimatum. Sed mira Antonij feritas atque luxuria propter gemmam proscribentis. Nec minor Nonij contumacia proscriptionem suam a- Catullus

ſuam amantis cum etiam ferę abroſas par tes corporis relinquant beſtiæ ꝓpter quas ſe periclitari ſciant. Vitia opali, ſi color in flore herbæ que uocatur heliotropium ex- eat, aut cryſtallum, aut grandinem. Si ſal in teruenit aut ſcabricia, aut cuncta oculis oc curſantia, nulloſq; magis India ſimilitudi- ne indiſcreta uitro adulterat. Experimen tum in ſole tantum. Falſis enim contra ra dios libratis digito a police, unus atq; idē tranſlucet colos in ſe conſumptus. Veri ful gor ſubinde uariat, & plus huc illucq; ſpar git, & fulgor lucis in digitos funditur. Hāc gēmam propter eximiam gratiam pleriq; appellauere pęderota. Sunt & qui priuatū eius genus faciūt, Sangenōq; ab Indis uo- cari dicunt Traduntur naſci & in Ægypto & in Arabia, & uiliſſimi in Ponto. Item in Gallatia ac Thaſo & Cypro, quippę opali gratiam habet. Sed mollius nitet, raro non ſcaber. Summa coloris ex aere & purpura conſtat. Viriditas ſmaragdi deeſt. Cōſtatq; melior ille color, cuius fulgor uini colore fuſcatur, q̃ qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit mulierum maxime ſenatuſ. Cō. Minus certa ſūt de quibus & uiri iudicant. Singulorum enim libido ſin gulis pręcia facit, & præcipue regum.

Claudius

Claudius Cæsar ſmaragdos induebat &
ſardonycas. Primus autem romanorũ ſar-
donzcæ uſus.prior Africanus,ut tradit De
moſtratus. Et inde romanis hãc gemmam
fuiſſe celeberrimam . Quamobrem proxi-
mum ei dabim⁹ locum.Sardonyces olim
ut ex nomine ipſo apparet intelligebantur
candore in Sarda, hoc eſt uelut carnibus
ungue hominis impoſito, & utroq; tranſ-
lucido. Taleſq; eſſe indicas tradunt Iſmeni
as.Demoſtratus,Zenothemis.Sotacus.Hi
quidem duo, reliquas omnes quę traluce-
ant cęcas appellantes,quæ nunc nomen ab
ſtulere. Nullo ſardarum ueſtigio arabicę
ſunt,cœperuntq; pluribus hę gemmę colo
ribus intelligi,radice nigra,aut cęruleũ imi
tante,& unguem,creditum enim candido
pingi.Nec ſine quadam ſpe purpurę cãdo
re in minium tranſeunte.Has Indis non ha
bitas in honore. Zenothemis ſcribit tantę
alias magnitudinis, ut inde capulos facti-
tarent. Etenim conſtat ibi torrentibus de
tegi. Et placuiſſe in noſtro orbe initio
quoniam ſolę prope gemmarum ſcalptę
cęram non auferrent. Perſuaſimus de-
inde & Indis, ut ipſi quoque iis gauderent.
Vtiturque perforatis utique uulgus tan-
tum in collo. Et hoc eſt nunc indicarum

 argumentum

argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atq; non gracili, neq; in recessu gemmæ, aut in deiectu renitēte, sed in ipsis umbonibus nitente. Præterea substrato nigerrimi coloris. Et hoc in indicis cæreum, aut corneum, inuenitur, etiam circuli albi, quedam in ijs cælestis arcus anhelatio est. Superficies uero locustarū maris crustis rubentior. Iam melleæ aut feculentæ (hoc enim nomen est uitio) improbantur, & si zona alba fundat se, non colligat. Simili modo si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter. Nihil enim in sua se de alieno interpellari placet. Sunt & Armeniacę, ut cętere improbandæ, sed pallida zona. Exponenda est et Onycis ipsius natura propter nominis societatem hoc in gemmam transilit. & a lapide ex Carmania. Sudines dicit in gemma esse candorē unguis humani similitudine. Item chrysolithi colorem, & sardę, & iaspidis Zenothemis indicam onycem plures habere uarietates, igneam, nigram, corneam, cingentibus candidis uenis, ocul' modo interuenientibus, quarundam oculis obliquis uenis Sotacus & arabicam onycem tradit. Sed eam a cęteris distare, q̄ indica igniculos habeat albis cingētibus zonis, singulis pluribusue aliter

Onix

bufue aliter

aliter q̃ in sard onyce indica. Illic enim mo
mentum esse, hic circulum. Arabicas ony-
cas nigras inueniri candidis zonis Satyrꝰ
carnosas esse indicas, parte carbunculi, par
te chrysolithi & amethysti. Totumq; id ge
nus abdicat. Veram autem onycem pluri-
mas uariasq; cum lacteis zonis habere ue-
nas omnium in transitu colore inenarra-
bili, et in unum redeunte concentum suaui
tate grata. Nec sardæ natura differenda est
diuiduę ex eodem nomine. Quapropter
omnium obiter gemmarum ardentiũ na
tura indicanda.

De generibus carbunculorum. & ui
tijs & experimentis, & gemmis
ardentibus.

¶Principatum habent carbunculi a si-
militudine ignium appellati, cum ipsi non
sentiant ignes, ob id a quibusdam apyrustę
uocati. Horum genera, indici et garamãtici
quos & carchedonios uocauere, propter
opulentiam Carthaginis magnæ. Adijci-
unt æthiopicos & alabandicos in Ortosia
caute nascentes. Sed qui perficiantur A-
labandes. Præterea in omni genere ma-
sculi appellantur acriores, at fœminæ lan-
guidius refulgentes. In masculis quoque
obseruant liquidioris, alios flammæ nigri-

nigrioris alios,et quosdam lucidius,ac magis cæteris in sole flagrantes. Optimos uero amethistizontas, hoc est quorum extremus igniculus in amethisti uiolam exeat. Proximos illis quos uocant Syrtitas pinnato fulgore radiantes. Inueniri autẽ ubicunq;,maxime solis repercussu.Satyrus indicos non esse claros dicit, ac plerunq; sordidos,ac semper fulgoris retorridi. Æthiopicos pingues,lucemq; non emittentes,sed conuoluto igne flagrare. Callistratus fulgorem carbunculi debere candidum esse posuit extremo uisu nubilantem, & si ita attollatur,exardescentem,ob id a plerisq; hunc carbunculum candidum uocari. Qui languidius & liuidius ex indicis lucent Lithizontas appellari. Carchedonios multo minores esse. Indicos etiam minus sextarij unius mensura cauari. Archelaus carchedonios nigrioris aspectus esse,sed igne,uel sole, & inclinatione acrius, q̃ cęteros excitari. Eosdem umbrante tecto purpureos uideri. Sub cœlo flammeos. Contra radios solis & scintillare. Cæras signantibus ijs liquescere,quanuis in opaco Multi indicos carchedonis candidiores esse,& e diuerso inclinatione hebetari scripsere. Etiamnum in carchedonijs maribus

Satyrus

stellas

ſtellas intus ardere. Fœminas uniuerſũ ful-
gorem fundere extra ſe. Alabandicos cæte
ris nigriores eſſe ſcabroſq;. Naſcuntur &
ĩ Thracia coloris eiuſdem ignem minime
ſentiẽtes Theophraſtus auctor eſt & in Or-
chomeno archadiæ inueniri, & in Chio.
Illos nigriores, ex quibus & ſpecula fieri.
Eſſe & troezenios uarios interuenientibus
maculis albis. Item corynthios ex pallidio
re candidos Maſſilia quoq; importari. Boc
chus & Vlyxippone ſcripſit magno labo-
re ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec eſt
aliud difficilius, q̃ diſcernere hæc genera, tã
ta eſt in ĳs occaſio artis, ſubditis per quæ
tranſlucere cogantur. Aiunt ab Æthio-
pibus hebetiores in aceto maceratos quat
tuordecim diebus niteſcere, totidem men-
ſibus durante fulgore. Adulterantur ui-
tro ſimillimæ. Sed cote depræhendun-
tur, ſicut aliæ gemmæ factitiæ. Mollior
enim materia, & fragilis, & centroſa ſcobe
depræhenduntur, & pondere, quod mi-
nus eſt uitreis, aliquando & puſtulis ar-
genti modo relucentibus. Eſt & Anthra-
citis appellata, in Theſprotia foſſilis, car-
bonibus ſimilis. Falſum arbitror, quod
& in Lyguria naſci trad derunt, niſi for-
te tunc naſcebantur. Eſſe in ĳs & præ-
cincti

& præcincti candida uena traduntur, harumq; igneus color ut superiorum est. Peculiare quidem q iactatæ in ignem uelut intermotu extinguuntur. Contra aquis pfusæ exardescunt Cognata est huic Sandastros, quam aliqui garamantiten uocãt, nascitur in India loco eiusdem nominis. Gignitur & in Arabia ad meridiem uersa.

Sandast.

Commendatio summa q uelut in translucido stellantes, intus fulgent aureæ guttæ, semper in corpore, nunq̃ in cute. Accedit religio narrata a syderum cognatione ab inspectoribus, quoniam fere stellarum hyadum & numero, & dispositione stellantur. Ob hoc a Chaldæis in cerimoniis habite, & hic mares austeritas distinguit, quodam uigore apposita tingens. Indicæ quidem etiam hebetare uisus dicuntur. Blandior fœminis flamma, alliciens magis q̃ accendens Sunt qui præferant arabicas indicis. Fumidoq; chrysolito illas similes dicunt. Ismenias uero negat polliri sãdastros ꝓpter teneritatẽ, & ob id magno errore sunt, qui sandareson uocant. Inter omnes cõstat, quãtum numero stellarum accedat, tantum & præcio accedere. Affert errorem aliquando similitudo nominis. Sandaser quod Nicanor sãdaserion uocauit, alii sandaserõ

Sandaser

Qui

Quidam uero hanc sandastron. illam san-
dareson in India nascentem, illam quoque
& loci nomen custodientem. Mali colore
aut olei uiridis, omnibus improbatam. Ex
eodē genere ardentium Lichnites appel- Lichnites
lata a lucernarum accensarum præcipua gra
tia. Nascitur circa Orthosiam totaque Caria
ac uicinis locis. Sed probatissima in indis.
Quam quidam remissiorem carbūculum
esse dixerunt. Secunda bonitate similis est
Ionis appellata a prælatis floribus. Et alias
inuenio differentias. Vnam que purpura
radiet. Alteram que cocco, a sole excalfa-
ctas, aut digitorum attritu, paleas & char-
tarum fila ad se rapere. Hoc idem & Car-
chedonius facere dicitur, quamq̄ multo ui-
lior prædictis. Nascitur apud Nasamonas
in montibus, ut incolæ putant, imbre diui-
no. Inuenitur ad repercussum lunæ, maxi-
mę plenæ. Carthaginem quondam depor
t abat. Archelaus & in Ægypto circa The
bas nasci tradidit, fragiles, uenosas, morien-
ti carboni similes. Potoria uasa & ex hoc
lapide, & ex lychnite factitata īuenio. Om
nia autem hæc genera scalpturæ cōtuma-
citer resistunt, partemque cæræ in signo te-
nēt. E diuerso ad hæc Sarda utilissima. que
nomen cum sardonyce cōmunicauit. Ipsa
gemma

gemma uulgaris, & primum sardibus re-
perta. Sed laudatissima circa Babyloniam
cum lapidicinæ quædam aperirentur, hæ-
rens in saxi corde. Hocq; modo metallum
apud Persas defecisse traditur. Sed inueni-
untur compluribus alijs locis, sicut in Epi-
phyra & Asso In India trium generum ru-
brum, & quod demium uocant a pingue-
dine, tertium quod argenteis bracteis sub-
linitur. Indicæ prælucentes, crassiores sunt
arabicæ. Inueniuntur & circa leucada Epi-
ri, & circa Ægyptū quę bractea aurea sub-
linuntur. Et in his autem mares excitati-
us fulgent. Fœminæ pinguiores sunt, &
crassius nitent. Nec fuit alia gemma apud
antiquos usu frequentior. Hac certe apud
Menandrum & Philemonem fabulæ sup-
biunt. Nec ullę translucenti tardius suffuso
humore hebetantur, oleoq; magis q̃ alio
liquore. Damnantur ex ijs melleæ & uali-
dius testaceæ.

¶ De generibus Topazij & callaide,
& de gemmis uiridibus non
translucentibus.

¶ Egregia etiamnū Topazio gloria est, suo
uirenti genere, & cum reperta est prælatæ
oībus. Id accidit in Arabię insula, quę Chy
tis uocatur. In qua troglodytæ prædones,
cum

48

cūm diutius fame & tēpestate pressi herbas radicesq; effoderent, eruerunt Topazion. Hec Archelai sententia est. Iuba Topazion insulam in rubro mari a continente stadijs 300. abesse tradit, nebulosam, & ideo quæsitam sæpe a nauigātibus, ex ea causa nomē accepisse. Topazin enim. Troglodytarum lingua significationem habere quærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ, quæ fuit mater sequentis Ptolemæi a Philemone prefecto regis, ac mire placuisse & inde factam statuam Arsinoe Ptolemei Philadelphi uxori quattuor cubitorum sacratam in delubro quod aureum cognominabatur. Recentissimi auctores & circa Thebaidis oppidū Alabastre nasci dicunt. Et duo eius genera faciunt, prasoidē atq; chrysopteron similem chrysoprasio, eius enim tota similitudo ad succum porri dirigitur. Est autem amplissima gemmarum. Eadem sola nobilium limam sentit. Cætere saxo & cote poliuntur. Hec & usu atteritur. Comitatur eam similitudine propior, q̃ auctoritate callais uiride pallens. Nascitur post auersa Indiæ apud incolas Caucasi montis, phicaros, ac asdaihas, amplitudine conspicua, sed fistulosa ac sordium plena. Sincærior mul

to

multo præstantiorq; in Germania. Vtrobiq; autem in rupibus inuijs & gelidis, oculi figura extuberans, leuiterq; adhærens, nec ut annata petris, sed ut apposita. Quapropter scandere ad eam pigritia pedum equestres populos redei, simul & periculum terret. Ergo euntes e longinquo incessunt, & cum toto musco excutiũt. Hoc uectigal, hocq; gestamen diutius in ceruice & digitis gratissimam norunt. Is census, hec gloria a pueritia deiectorum numerum prædi dicantium. In quo uaria fortuna. Quidã ictu primo cœpere prȩclaras. Multi in secũdo nullas. Et quidem callaides tali sectura formant, alias fragiles. Optimus color smaragdi, ut tamen apparet ex alieno est, q̃ placeant. Inclusæ decorantur auro. Aurumq; nullæ magis decent. Quȩ sunt earum pulchriores, oleo, unguento, et etiam mero colorem deperdunt. Viliores constantius representant, neq; est mutabilior alia, aut mẽdatior uitri. Sũt qui in Arabia inueniri eas dicunt in nidis auium, quas melancoryphos uocant. Viridantium & alia plura sunt genera. Viliorq; est turbæ prasius. Cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret. Tertium uirgulis tribus distinctum est candidum. Prȩfertur his Chry

soprasius

Chryſopraſius porri ſuccum & ipſa refe-
rente,ſed & paulum declinans a Topazio
in aurum.Huic & amplitudo ea eſt,ut cym
bia etiam ex ea fiant. Cylindri quidem ce
lerrime,India has generat & Nilion,fulgo
ris ſi ante habeas breuis , & cum intueare
fallacis.Sudines uero dicit & in Syuero at Syueru
ticę flumine naſci. Eſt autem color fumi-
dę Topazii,aut aliquando melleę.Iuba in
Æthiopia gigni tradit,& in littoribus am
nis quem Nilium uocauimus,& inde no-
men trahere. Non tranſlucet Molochites Molochi.
ſpiſſius uirens,a colore maluę nomine ac-
cepto.reddendis laudata ſignis,et infantiũ
cuſtodia quadam innato contra pericula
ipſorum medicamine. Viret.& ſępe tranſ-
lucet Iaſpis etiam ſi uictus a multis anti-qui
atis tamen gloriam retinens. Plurimę fe
runt eam gentes Smaragdo ſimilem indi
cę.Cyprii dicunt glaucum pinguemq̃.Per
ſę aeri ſimilem ob id uocatur aerizuſa talis
Et iaſpis eſt cęrulea circa Thermodoōtem
amnem. In Phrygia purpurea.In Cappa
docia ex purpurea cęrulea , atq; non reful
gens Thracia indicę ſimilem mittit Chalci
dia turbidam.Sed minus refert nationes q̃
bonitates diſtinguere. Optima ergo que
purpurę quicq̃ habet , ſecunda que roſę,

 tertia

tertia que ſmaragdi. Singul' aūt græci nomi
na ex argumento dedere. Qu arta apud eos uocatur Boria cœlo autumnali matutino ſimilis, & hec erit illa, que uocat̃ Aeriʒuſa. Similis eſt & ſardæ, imit ata & uiolas. Non minus multæ ſpecies reliquę, ſed oēs in uitio, cæruleæ aut cryſtallo ſimiles, aut myxis. Item terebynthiʒuſa in proprio uti arbitror cognomine, uelut e multis eiuſdē generis compoſita gemmis. Quamobrem præſtantiores funda clauduntur, ideſt patentes nec præterq̃ margines auro amplectente. Vitium eſt, & breuis in ijs nitor, & longe ſplendens, & ſal, & omnia quæ in cæteris. Et uitro adulterantur, quod manifeſtum fit, cum extra fulgorem ſpargunt, atq; nō in ſe continēt, nec in diuerſa quę ſphragidas uocant. Publico gemmarum dominio in ijs tantū dato quoniā optime ſignēt.

Terebyn.

¶De Iaſpidum generibus.

¶Totus uero oriens pro amuletis traditur geſtare eam, que ex ijs ſmaragdo ſimilis eſt, e petra per tranſuerſum linea alba præcingitur, & Grammatias uocatur. Que pluribus polygrammos. Li-
bet

Libet obiter uanitatem magicā hic quoq; coarguere, quoniam hanc cōcionantibus utilem esse prodiderunt. Est & Onychipūcta, quæ iasponyx uocatur, & nubem cōplexa, & niues imitata, que stellata rutilis punctis est, & sali megarico similis, & uelu ti fumo infecta, que capnias uocatur Magnitudinem iaspidis .II. unciarum uidimus formatamq; inde effigiem Neronis thoracatam. Reddetur & per se cyaneo gratia ac commodato. pauloante iaspidis nomine, colore cæruleo. Optima scythica, dein cypria, postremo ægyptia. Adulteratur maxime tinctura, idq; in gloriā regis ęgyptij adscribitur, qui primus eam tinxit. Diuiditur autem hec in mares fœminasq;. Inest aliquando & aureus puluis, non qualis in saphirinis. Saphirus enim & aureis punctis collucet. Ceruleæ & saphiri raroq; cū purpura. Optimę apud Medos, nusq̄ tñ pluci dę. Pręterea inutiles scalpturę, interueniētibus crystallinis cētris. Que v̄o sūt ex ijs cyanei coloris, mares existimant̄. Ali⁹ ex hoc ordo purpureis dabit̄, et ab his discedētib⁹ Principatū amethysti indicætenēt. Sed in Arabia ex ea quoq; parte, que finitima Syriæ petræa uocatur, & in Armenia minore, & in Ægypto, & in Galatia reperiuntur Saphirus

 Sordidissimæ

Sordidissimę autem atque uilissimę in Tharso & Cypro Causam nominis afferunt, quod usque ad uini colorem accedens, priusquam eum degustet, in uiolam desinit. Fulgorque quidē in illa purpurę non ex toto igneus, sed in uini colorem deficiens. Perlucent autem omnes uiolaceo colore, scalpturis faciles. Indicę absolutum purpurę colorem habēt Ad hancque tingentium officinę dirigūt uota. Fundit autem eum aspectu leniter blādum, neque in oculos, ut carbunculi uibrāt. Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem indi sacon uocāt talemque gemmam Sacodion. Dilutior uero ex eodem sapinos uocatur. Eadem & paranites in contermino gentis Arabię.

Sacodion

Sapinos.

Paranites.

Quartū genus colorem uini habet Quintum ad uiciniam crystalli descendit, albicāte purpurę deiectu. Hoc & minime probatur, quoniam præcellens debet esse in suspectu, uelut ex carbunculo refulgens, quidam in purpura leuiter roseus nitor. Tales aliqui malunt pederotas uocari. Alij anterotas. Multi Veneris gemmam, quod maxime uidetur decere, & specie & colore extremo gemmę. Magorum uanitas resistere ebrietati eas promittit, & inde appellatas. Et pręterea si lunæ nomen ac solis scribatur

in ijs,

in ijs, atq; ita suspendantur collo e capillis, cynocephali, uel plumis hirundinis, resiste- re ueneficijs. Iam uero quoquomodo adesse reges adituris. Grandinē auertere quoq; ac similia prospere & locustas, precatione addita, quam demōstrant. Nā e smaragdis quoq; similia promisere. si aquilę scalperentur, aut scarabei. Quę quidem scripsisse eos non sine contemptu et irrisu generis humani arbitror. Multum ab ea distat hyacinthus, tamen e uicino descendens. Differentia hec, q̄ ille emicans in amethysto fulgor uiolaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoq; aspectu gratus, euanescit anteq̄ facie et. adeoq; non implet oculos, ut pene non attingat, marcescens celerius nominis sui flore. Hyacinthos Æthiopia mittit, et chrysolitos, aureo colore translucentes. Preferūtur ijs indicæ. Et si uariæ nō sint bactrianæ Deterrimę autem arabicę, quoniam turbidæ sunt et uariæ, et fulgoris interpellati nubilo macularum, etiam quæ lympidis cōtigere, ueluti scobe sua referte, Optime uero sūt, quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includūtur perspicue. Cęteris subijcitur aurichalcū. Tametsi iam expertes gemmarum usu appellantur aliqui et chryselectri in colorem

electri declinantes, matutinus aspectus iucundior. Ponticas deprahendit leuitas. Quędam in ijs duræ sunt ruffęq́, quædam molles & sordidæ. Bochus auctor est & in Hispania repertas, quo in loco crystallũ dicit ad libramentum aquæ puteis defossis inde erutam. Et chrysoliton. 12. pondo a se uisam. Fiunt & leucochrysæ, interueniente candida uena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & uitreis similes, ueluti croco refulgentes. Vitreę uero ut uisu discerni nõ possint. Tactus autem deprahendit tepidior in uitreis. In eodẽ genere sunt melichrysi, ueluti per aurum sincæro melle translucente, quas India mittit, q̃q̃ ad iniuriam fragiles. Eadem et Xystion parit plebeiam ibi gemmam. Cãdidarum dux ẽ pæderos, q̃q̃ potest quæri, an in colore numerari debeat, totiens iactari p̱ alienas pulchritudines nominis, adeo decoris prærogatiua in uocabulo facta est. Est & suum genus expectatione tãta dignũ. Coeũt. enim in translucidã crystallũ, uiridis suo modo aer simulq́ purpura, & quidã uini aureus nitor, sẽper extremus in uisu, sed purpura coronatus, madere singulis uidet̃ his & pariter oĩbus. Nec gẽmarꝝ ulla est liq̃dior, capiti iucũda, suauis et oculis Laudatissima est in Indis, apud quos

Bochus

Pæderos,

quos Argenon uocatur. Proxima apud Ægyptios ubi Senites. Tertia i Arabia, ue rum scrabra. Mollius radiat pontica & asiatica. Ipsæ uero molliores sunt, callatica, & tragica, & cypria. Vitia earum lãgor, aut alienis turbari coloribus, & quæ cæterarũ

Proxima candicantium est Asteria principatum habens proprietate naturæ, q̄ inclusam lucem pupillæ modo quandam continet. ac transfundit cum inclinatione, uelut intus ambulantem ex alio atq̃ alio loco reddens, eademq̃ contraria soli regerẽs candicantes radios, unde & nomen accepit difficilis ad cælandum. Indicæ præferũ in Carmania nata. Similiter cãdida est q̃ uocatũ Astrios crystallo ꝓpinquãs in India nascẽs, et in Pallenes littorib⁹, int⁹ a cẽtro cui stella lucet fulgore lunæ plenæ Quidã causã nois reddũt, q̄ astris opposita fulgorẽ rapiat, ac regerat. Optimã in Carmania gigni, nullãq̃ minus obnoxiã uitio. Ceraunia.n. uocari que sit deterior. Pessimã lucernaꝶ lumini similẽ. Celebrãt & astroitẽ, mirasq̃ laudes ei⁹ in magicis. Zoroastrẽ cecinisse. Quidã diligentius de ea produnt.

Astrobolon Sudines dicit oculis piscium similẽ esse, & radiare cãdido, ut solem. Est inter candidas, & que ceraunia uocatur,

Asteria

Astrios,

Astrobo.

fulgorem ſyderum rapiens. Ipſa cryſtallina ſplendoris cærulei in Carmania naſcens.
Zenothe. Albam eſſe Zenothemis fatetur, ſed habere intus ſtellam concurſantem. Fieri & hebetes cæraunias, quas nitro & aceto per aliquot dies maceratas concipere ſtellam eam, que poſt totidem menſes relangueſcat Sotacus & alia duo genera fecit cæraunię, nigras rubẽteſq;. Ac ſiſes eas eſſe ſecuribus Per illas quę nigræ ſunt & rotundæ, urbes expugnari & claſſes, eaſq; Betulos uocari. Quæ uero longe ſunt cæraunias. Faciunt & aliam raram admodum, & Parthorum magis queſitam, quantum non aliubi inueniatur, q̃ in loco fulmine icto. Proximum cæraunıæ nomen apud eos habet, que appellatur iris. Effoditur in quadam inſula rubri maris que diſtat a Beronice urbe. 60. millia paſſuum, cætera ſui parte cryſtallus. Itaq; quidam radicem cryſtalli eſſe dixerũt Vocatur ex argumento iris. Nam ſub tecto percuſſa ſole, ſpecies & colores arquus cæleſtis in proximos parietes eiaculatur, ſubinde mutans, magnaq; uarietate ammirationem ſui augens. Sexangulam eſſe, ut cryſtallũ cõſtat Sed eſſe aliq̃s ſcabris lateribꝰ, et angulis inæqualibꝰ dicũt. In ſole apto ꝓiectas, radios in ſe recandẽtes diſcutere
Aliquas uero

uero ante se proiecto nitore, adiacentia illustrare. Colores uero non nisi ex opaco reddunt, nec ut ipsæ habeant, sed ut repercussu parietem illidant, optimaq; que maximos arquus facit, simillimosq; cælestibus. Est & alia iris cætera similis, & prædura. Quam Horus crematam tusamq; ad ichneumonum morsus remedio esse. Nasci autem in Perside tradit. Similis est aspectu, sed non eiusdem effectus que uocatur Zeros alba nigraq; macula in transuersum distinguēte crystallum. Expositis per genera colorum principalium gemmis, reliquas litterarum ordinem explicabimus.

De quibusdam gemmis
per alphabeti
ordinem.

¶ Achates in magna fuit auctoritate, nunc in nulla. Reperta primum in Sicilia iuxta flumen eiusdem nominis, postea plurimis locis, excedens amplitudine numerosa, uarietatibus diuersis mutantibus cognomina eius. Vocatur enim Phaspachates. Çerachates, Sardachates, Hæmachates, Leucachates, Dendrachates, uelut arbuscula insignis. An-

Antachates cum uritur myrrham redolẽs. Coraloachates guttis aureis saphiri modo distincta, qualis copiosissima in Crẹta sacra appellata. Putant eam contra araneorum & scorpionum ictus prodesse. Quod in siculis utiq; crediderim, quoniam primum eius prouinciæ afflatu scorpionum pestis extinguitur. Et in India inuentæ contra easdem pollent, & aliis magnis miraculis. reddunt enim species fluminum nemorum, et iumentorum, etiam ederas, & staticula, & equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectasse etiam, podest oculis Sitimq; sedant in os additæ. Phrigiæ uiridia non habent. Thebis Ægyptiis repertæ carent rubentibus uenis, & albis. Et hæ quoq; contra serpentes ualidæ. Eademq; auctoritas & cypriis est. Sunt etiam qui maxime probent uitream perspicuitatem in his. Reperiuntur & in Thracia circa Oetham. Et in Parnaso, & in Lesbo, ac Messenæ, similes limitum floribus & rhodo. Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli similes potentiam habere cõtra scorpiones dicuntur. In Persis uero suffitu earum tempestates auerti, & præterea flumina sisti. Argumentum esse si in feruẽtes cortinas additæ refrigerent. Sed ut

prosint

prosint leoninis iubis alligandas. Nam hiaenae pelli similem abominantur, discordialem do nibus. Eam uero que unius coloris sit inuictam athlaetis esse. Argumentum eius q in olla plena olei cocta cum pigmentis, & intra duas horas subferuefacta unum colorem ex omnibus faciat minij. Acopis nitro similis est, pumicosa, aureis guttis stellata. Cum hac oleum subferuefactum perūctis lassitudinem (si credimus) soluit. Alabastrites nascitur in Alabastro Aegypti, et in Syrię Damasco cādore intercincto uarijs coloribus. Que cremata cum fossili sale, ac trita, grauitates oris, & dentium extenuare dicitur. Alectorias uocant in uētriculis gallinaceorum inuentas crystallina spē, magnitudine fabae. Quibus Milonem Crotoniensē usum in certaminibus inuictum fuisse, uideri uolunt. Androdamas argenti nitorem habet ut adamas, quadrata, & semper tessellis similis magnis, putantq; nomen impositum ab eo, q impetus hominum, & iracundias domet. Eadem sit an alia argyrodamas, autores non explicant. Antiphates nigra non trāslucet. Experimentū eius si coquatur in lacte, facit. n. hoc myrrhae simile immissa. Acopis Alabastri Androd.

Eāq;

Eamq; contra effascinationes auxiliari magi uolunt. Arabica ebori simillima est, & hoc uideretur, nisi abnueret duritia. Quãq; putant contra dolores neruorum prodesse habentibus. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni. Sed & in Ægypto circa Pisas ubiq; lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. Asbestos in Arcadiæ montibus nascitur, coloris ferrei. Aspilatem. Democritus in Arabia gigni, tradit ignei coloris. Eam oportere cameli fimo splenicis alligari. Inueniriq; in nido arabicarum alitum. Et aliam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci argentei coloris contra lymphatum habendam. Atizoem in India & Persidis Acidiæ monte nasci tradit, argenteo nitore fulgẽtem, magnitudine trium digitorum ad lenticulæ figuram, odoris iucundi, necessariam magis regem constituentibus. Augites multis non alia uidetur esse q̃ que calais. Amphitane alio nomine appellatur chrysocolla in Indiæ parte, ubi formicæ eruunt aurum, in qua inuenitur auro similis, quadrata figura, affirmaturq; natura eius que magnetis, nisi q; augere quoq; aurum traditur. Aphrodisiace ex cãdida ruffa est. Apistos septenis dieb9 calorẽ tenet excalfacta igni, nigra ac

Aromati

Asbestos.

Aspilate.

Atizoes.

Augites.

ponderosa

ponderosa distinguentibus eam uenis ru-
bentibus. Putant prodesse contra frigora.
Agyptillam Iacchus intelligit per album
sarda, nigraq; uena transeunte. Vulgus au-
tem in nigra radice cæruleam facit.

De gemmis per.B.&.C. ordinem.

¶Balanitæ genera duo habent, subuiri-
des, & corinthij æris similitudine. Illa a Co-
pto. Hec ex troglodytica regione ueniunt
medias secante flammea uena. Batracchi
tas mittit & coptos. Vnam ranæ similem
colore. Alteram ebori. Tertiam rubentis
e nigro. Baptes mollis, alioquin odore ex
cellit. Beli oculus albicans pupillam pingit
nigram e medio aureo fulgore lucentem.
Hec propter suam speciem. sacratissimo
Assyriorum deo dicatur. Aliam aūt quam
Belum uocant in Arbelis nasci. Democri-
tus tradit nucis iuglandis magnitudine ui
trea specie. Baropten9, siue botrypes nigra
sanguineis & albis nodis alligata dicitur, Barople.
ueluti portentosa. Botrytes alia nigra est, Botrytes
alia panpinea incipienti uuæ similis. Bo- Bostrych.
strychitem Zoroastres uocat crinibus mu-
lierum similiorem. Bucardia bubulo cordi
similis

Cherami

Capnites.

Cynædia

similis, Babylone tantum nascitur. Brontia capitibus testudinum similis, & cum tonitruis cadit (ut putant) & fulmine tacta restinguit, si credimus, Bolenię inueniuntur glebę similitudine. Cheramydes eadem esset, quam Ostracitem uocant, nisi q̄ hanc cęrulęę interdum bullę cingūt Calais saphirū imitatur, candidior & littoroso mari similis. Capnites quibusdam uidetur suum genus habere, plurimis spiris fumida, ut suo loco diximus. Cappadocia & in Phrygia nascitur ebori similis. Calamites a calamo, feruntq; plures simul coniunctas inueniri. Catochites corsicę lapis est, cęteris maior mirabilis, si uera traduntur, impositam manū ueluti gūmi retinēs. Catopyrites e Cappadocia ꝓuenit. Cepites, siue Cepocapites cādida est uenarū nodis coeūtibus cādore imaginē regerēs. Ceramites testę colorē habet. Cynędię inueniunt̄ in cerebro piscis eiusdē noīs candidę & oblōgę. euētuq; mirādę, si mō est fides, pręsagire eas habitū maris nubilo colore aut tranq̄llitate. Cęrites cęrę sīlis est. Circos piris. Corsoides canitiei hoīs. Coralloachates corallo aureis guttis distīctę. Corallis minio gignit̄q; ī India et Syene. Craterites īter chrysolithū & electrū colorē habet predurę naturę. Crocal-

lis cerasū

cerasum repñtat. Cissites cryptopetra nasci tur cãdida, & uidetur intus hre partum, q sẽtiatur etiã strepitu. Chalcophonos nigra est sed illisa, æris tinnitũ reddit tragœdis ut suadent gestãda. Chelidonię duorũ sunt ge nerũ. hirundinũ colore, & alia parte purpu reæ nigris interpellantibus maculis. Che lonia oculus est indicę testudinis, uel portẽ tosissima magorũ mẽdacijs, melle enim col luto ore impositam linguæ futurorum di uinationẽ pręstare promittũt, qntadecima luna, & silẽte tota die, decrescente uero añ solis ortũ. Cæteris diebus a prima in sextã horã. Sunt & Chelonitides testudinũ simi les, ex qbus ad tẽpestates sedãdas multa ua ticinant. Eã uero quę sit aureis guttis cũ sca rabeo deiectã in aquã feruentẽ, tẽpestates tu eri. Chlorites herbacei coloris est, quã dicũt magi eã inueniri in Scyllæ auis uẽtre cõge nitã ei, ferroq; includi iubẽt ad quędã pro digiosa moris sui. Choaspites a flumine di cta est uiridis, fulgoris aurei. Chrysolam pis in Æthiopia nascitur, pallidi coloris die & noctu ignei. Chrysophis aurum uidet esse. Cepionides ęolide nunc ad Arneum pagum quondam oppidũ nascuntur, mul tis coloribus trãslucẽtes, alias uitreę, alias crystallinę, alis iaspideę. Sed et sordidis tãtus

Cissites.

Chelonia

Chlorites

est

est nitor,ut imagines reddant ceu specula.

De gemmis per.D.E.G. ordinem.

¶ Daphniam Zoroastres & Orchastres
Diadoch. morbis comitialibus demonstrant. Diado
chos beryllo similis est. Diphris duplex cã-
Diphris dida ac nigra, mas ac fœmina. gentile utri
usq; sexus distinguente linea. Dionysias ni
gra ac dura mixtis rubentibus maculis.
Quę ex aqua trita,saporem uini facit, & e-
Draconi. brietati resistere putatur. Draconites siue
draconias e cerebro fit draconum,sed nisi
uiuentibus abscisso,nunq̃ gemmascit,inui
diam animalis mori se sentientis. Igitur
mos est, ut dormientibus animalibus ca-
put amputent. Sotacus, qui uisam eam
gemmam sibi apud regem scripsit.bigis ue
hi quęrentes tradit,& uiso dracone sparge
re somnifica medicamenta, atq; ita pręci-
dere Esse autẽ cãdore trãslucido,nec postea
Encardia. poliri.aut artẽ admittere.Encardia cogno
minat̃ & Cardisce. Vna in qua nigra effi-
gies cordis eminet. Altera eodẽ noĩe uiridi
Enorchis colore, cordis speciẽ repñtat, Tertia nigrũ
cor ostẽdit,reliqua sui parte cãdida, Enor-
chis candida est,diuisaq; fragmẽtis testium
effigiem

effigiem repręsentat. Exhebenum Zoroastres speciosam & candidam tradit, qua aurifices aurum poliunt. Eristalis cum sit candida, ad inclinationes rubescere uidetur. Erotylos eadem que mepicoros & hieronnemon a Democrito laudatur in argumentis diuinationum. Eumetis in Bactris nascitur, si lici similis, & capiti supposita uisa nocturna oraculi modo reddit Eumetren Beli gemmam sanctissimi deorum sibi Assyrij appellant, porracei coloris superstitionibus gratam. Eupetalos quattuor colores habet cęruleũ igneũ, minij, mali. Eureos nucleo oliuę similis est. Erat⁹ concharꝝ modo non adeo candida. Eurotias situ uidetur operire nigritiam. Eusebes ex eo lapide est, ex quo traditur Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua dij facile surgebant. Epimelas fit, cum in candida gemma superne nigricat colos. Galaxiam aliqui galactiten uocant, similem proxime dictis, sed intercurrentibus sanguineis aut candidis uenis. Galactites ex uno colore lactis est. Eandem dicunt Leucogageam & Leucographiam appellant, & Synephiten, lactis succo ac sapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem, infantium quoq; alligata collo saliuam facere dicitur

Erotylos. Eumetis. Eupetal. Eureos. Galaxia Galactites

In ore autem liquescere. Eandem memori-
am adimere dicunt. Mittit eam & Achelo-
us amnis. Sunt qui smaragdum albis ue-
nis circumligatum Galactiten uocent. Ga-
laicos argyrodamanti similis est, paulo sor-
didior. Inueniuntur autem binæ uel ternæ.
Gasidanem Medi mittunt, coloris olorini,
ueluti floribus sparsam. Nascitur & in Ar-
bellis. Hec quoq; gēma concipere dicitur
et intra se partum fateri concussa. Concipe-
re autem trimestri spacio. Glosso petra lin-
guæ similis humanæ in terra non nascitur,
sed dificiente luna, cælo decidere, & lenoci-
nanti necessaria creditur. Quod ne creda-
mus promissi quoq; uanitas facit. Ventos
enim ea comprimi narrant. Gorgonia ni-
hil aliud est q̄ corallium, nominis causa, q
in duritiam lapidis mutatur, emollit mari-
na fulminibus, & typhoni resistere affirmāt
Genianē eadem uanitate inimicorum pœ-
nas efficere promittunt.

De gemmis. per. H. L. L. M. N.
ordinem.

¶ Heliotropium nascitur in æthiopia, Afri-
ca, Cypro, porracei coloris, sanguineis ue-
nis distincta. Causa nōis, qm̄ deiecta in uas
aquę fulgorē solis accedentē pcussu sāgui-
neo mutat,

mutat, maxime æthiopica, eadem extra aquam speculi modo solem accipit, deprae hendit defectus, subeuntem lunam ostendens. Magorum impudentiæ uel manifestissimum hoc quoq; exemplum est, quoniam ammixta herba heliotropio, quibusdā quoq; additis præcationibus gerentem cō spici negent. Hephestites quoq; speculi naturam habet in reddendis imaginibus, q̄q̄ rutila experimentum est, si feruentem aquā addita statim refrigeret, aut si in solem addita, aridam materiam accendat. Nascitur in Coryco. Horminodes ex argumento uiriditatis in candida gemma uel nigra, & aliqn̄ pallida, ambiēte circulo aurei coloris appellatur. Hexeconthalithos in parua magnitudine multicolor, hoc sibi nomē adoptauit. Reperitur in troglodytica regione. Hieracites alternat tota, miluinis nigricās ueluti plumis. Hāmitis ouis piscium simil' est, & alia uelut nitro composita prædura alioquin. Hammonis cornu inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas aureo colore arietini cornu effigiem reddens, promittitur prædiuina somnia repræsentare. Gormesion inter gratissimas aspicitur, ex igneo colore radians, auro portante secum in extremitatibus candidam lucem. Hyeniæ

ex oculis hyenæ, & ob id in uase inueniri dicuntur, & si credimus. linguæ hominis subditæ futura prædicere. Hæmatites in Æthiopia quidem principalis, sed & in Arabia & Africa inuenitur, sanguineo colore non omittenda promissis ad coarguēdas barbarorum insidias. Zacthalias babylonius in his libris, quos scripsit ad regem Mitridatem, humana gemmis attribuit fata, has nō contentus oculorum & iocinerum medicina decorasse. A rege etiam aliquid petituris dedit, & litibus iudiciisque interposuit. In præliis etiam eas salutares pronuntiauit. Est & alia eiusdem generis, que uocatur henui ab Indis, xanthos appellata græcis e fuluo candicans. Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Icterias mali cute lurido filis, ideo existimatur salubris cōtra regios morbos. Est & alia eodē noīe liquidior. Tertia folio uiridi filis latior prioribus, pene sine pondere, uenis luridis. Quartum genus in eodem colore, nigris uenis descēdentibus. Iouis gemma cādida est, nō pōderosa, tenera. Indica gētiū suarum habet nomē, subruffo colore in atritu sudorē purpureum emanat Alia eodē noīe cādida, puluereo aspectu. Ion apud Indos uiolacea est, sed raro saturo colore lucet.

Lepidotes

Lepidotes ſquammas piſcium uarijs colo ribus imitatur. Leſbias Leſbi patriæ no- men habens inuenitur & in India. Leuco- phthalmos rutila alias oculi ſpeciem candi dam nigramq́ꝫ continet. Leucopetalos can dorem niuis ex auro diſtinguit. Libano- chos thuris ſimilitudinem oſtendit, ſed ad ſuccum mellis. Limoniates eadem uidetur que ſmaragdus. De Lipare hoc tantum traditur, ſuffita ea omnes beſtias euocari. Lyſimachus rhodio marmori ſimilis eſt, aureis uenis, politur ex marmore, amplitu- dine in anguſtias coeunte, ut inutilia exte- rantur. Leucochryſos fit chryſolito inter- albicante. Memnonia qualis ſit non tradit. Medea nigra eſt a Medea illa fabuloſa inuē ta, habet uenas aurei coloris, ſudorem red- dit croci. ſaporem autem uini. Meconites papauera exprimit. Mitrax a Perſis accep- ta eſt & rubri maris montibus, multicolor, contra ſolem uarie refulgens. Merocтes por racea lacte ſudat. Morion indica, que niger rimo colore tranſlucet, uocatur Pramnion in qua miſcetur & carbunculi colos. Alex andrinum, ubi ſardę cyprium. Naſcitur & in Tyro & in Galatia. Xenocrates & ſub- alpib9 naſci tradit Hę ſūt gēmę quę ad ęcty pas ſcalpturas aptant. Myrites myrrhæ co-

Leſbias

Leucopht

Libanoc.

Mitrax

Morion

colorem habet faciemq́ minimæ gemmæ, unguẽti odorem attrita etiam nardi. Myrmetias nigra habet eminentias similes uerrucis. Myrsinites melleum colorem habet, myrrhæ odorem. Mesoleucos est mediam gemmam candida distinguente linea. Mesomelas nigra uena, quemlibet colorem secante per medium. Nasomonites est sãguinea nigris uenis. Nebrides Libero patri sacra nomen traxit a nebridum eius similitudine. Sunt & aliæ nigræ generis eiusdẽ. Nympharena urbis & gentis persicæ nomen habet, similis hippopotami dentibus.

De gemmis per. O.P.& reliquis litteris per ordinem.

¶Olca barbari nominis e nigro fuluoq́ ac uiridi & candido placet. Ombria quã aliqui notiã uocant sicut Ceraunia & Brõtia cadere cum imbribus & fulminibus dicitur, eundẽq́ effectum habere quẽ Brõtia narratur. Præterea in aras addita ea tradit libamenta non amburi. Orites globosa specie a quibusdam, & syderites uocatur, ignem non sentiens. Ostracias siue ostracites est testacea durior, altera Achate similis nisi q̃ achates politura pinguescit, duriori,

tanta

tãta inest uis,ut aliæ gẽmæ scalpantur fra-
gmentis eius. Ostracidi ostrea nomen & si-
militudinem dedere. Ophicardelon barba
ri uocãt,nigrum colorem binis lineis albis
includentibus. De obsidiano lapide dixi-
mus superiore libro. Inueniuntur & gem-
mæ eodem nomine,ac colore, non solum
in Æthiopia Indiaq;,sed etiam in Samo ut
aliqui putant, & in littoribus hispaniensis
oceani. Panchros fere ex omnibus colori-
bus constat. Pangonis non longior digi-
to,ne crystallus uideatur,numero plurium
angulorum cauetur. Paneros qualis sit a
Metrodoro non dicitur,sed carmen Tima
ridis reginæ in eadem dicatum Veneri nõ
inelegans ponit,ex quo intelligitur,addictã
ei fœcunditatem. Quidam hanc Panseba-
ston uocant. Ponticarum plura sunt gene-
ra Est stellata, nunc sanguineis,nunc atris
guttis,que inter sacras habetur. Alia pro
stellis eiusdem coloris lineas habet. Alia
montium conuallium q; effigies. Philogy-
nos quem et chrysiten uocant,ostreæ atticę
assimilata,inuenitur in Ægypto. Phoenici-
tes ex balani similitudine appellatur. Phy-
cites algę. Perileucos filo ab ore gẽmę ad ra
dicẽ usq; cãdido descẽdente. Pęãtides quas

 quidam

quidam gemonidas uocant prꝫgnantes fi-
eri, & parere dicuntur, medericꝫ parturien-
tibus. Nam tales in Macedonia iuxta mo-
numentum Tiresiæ inueniuntur, speciesꝗ
est eis aquæ glaciatæ. Solis gemma candi-
da est, & ad speciem syderis in orbem ful-
gentes spargit radios. Sagdā Chaldæi ad-
hærescertem nauibus habent, inuenitur pra
sini coloris. Samothracia insula eiuldē no-
minis gemmam dat nigram, ac sine ponde
Saurites re ligno similem. Sauriten in uentre uiri-
dis lacerti harundine desecti tradunt inue-
Sarcites. niri. Sarcites bubulas carnes præsentat. Se
lenites ex candido transl ucet, melleo fulgo
re, imaginem lunæ continens, redditꝗ eā
in dies singulos crescentis minuentisꝗ nu-
Sydérites. mero, nascicꝗ putatur in Arabia. Syderites
ferro simliis, & litigio illata discordias facit
queꝗ nascitur in Æthiopia. Syderopœci-
los ex ea fit uariantibus guttis. Spongites
spongiæ nomen repræsentat. Synodonti-
tes e cerebro pisciū est, q synodōtes uocan
t. Syrtitꝫ in littore syrtiū iāquidē Lucania
inueniuntur, melleo colore, croco refulgē-
tes. Intus autem stellas continent languidas
Syringites stipulæ internodio similis, per-
petua fistula cauatur. Trichius ex Africa ni
ger est, sed tres succos reddit, a radice ni-
grum

nigrum, medio sanguineum, summo candidum. Telirrhizos cinerei coloris, aut russi, candidis radicibus spectatur. Telicardios colore cordis Persas apud quos gignit, magnopere delectat. Maculamq; appellāt. Thracia trium generum est, uiridis, aut pallidior, tertia sanguineis guttis. Tephrites nouæ lunæ speciem habet curuatæ in cornua, quamuis cinerei coloris. Thecolithos oleæ nucleo similis uidetur, neq; est gēmæ honos, sed lingentium calculos frangit, pellitq;. Veneris crines nigerrimi nitoris, continent in se speciem ruffi crinis. Veientana italica gemma est. Veijs reperta, nigrā materiam distinguente limite albo. Zathenen in Medea nasci Democritus tradit, electri colore, & si quis terat in uino palmeo, & croco, cæræ modo lentescere, odore magnę suauitatis. Zmilaces in Euphrate nascit̄, pconneso marmori similis, medio colore glauco. Zoronysios in Indo flumine nascitur. magorum gemma esse narratur, neq; aliud amplius de ea.

Telirrhi.
Telicard.
Tephrit.
Thecolit.

¶De gēmis quæ a mēbris hominū cognominantur, & quæ ab animalibus, & de ijs quæ a cæteris rebus.

¶Est etiānum alia distinctio, quā equidē fecerim subinde uariata expositiōe. Siqdē a

membris corporꝫ habent nomina. Hepatites a iocinere Steatites singulorum aïalium adipe numerosa. Ad unephros. Theudactylus hic & Asyris colitur. Triophthalmos Ionice nascit̃, tres hominis simul oculos exprimens. Ab aïalibus cognominant̃. Carcinias marini cancri colore. Echites uiperę. Scorpites scorpionis, aut colore aut effigie Scarites scari piscis. Triglites muli. Ægophthalmos caprino oculo. Item alia suillo. Et a gruis collo geranites. Hieracites accipitris. Ætites a colore aquilę candicãte cauda Myrmecites innatam repentis formicæ effigiem habet. Scarabeorum cantharias. Lycophthalmos quattuor est colorum, ex rutilo & sanguineo in medio nigrum candido cingitur, ut luporum oculi, illis per omnia similis Thaos pauoni est similis. Item aspidi, quam uocari Timoloniam inuenio Arenarum similitudo est in Hammocryso uelut auro arenis mixto. Cenchrites milij granis uelut sparsis. Dryites e truncis arborum, hec & ligni modo ardet. Cissites in candido collucet ederæ, folijs que totam tenent. Narcissites uenis etiam ederæ distinguitur. Cyamea nigra est, sed fracta, ex se fabæ similitudinem parit. Pyrenæ ab oliuæ nucleo dicta est, huic aliquando

aliquando ineſſe piſcium ſpinæ uidentur.
Chalazias grandinum,& colorem,& figu
ram habet adamantinæ duritiæ. Narrant
etiam in ignem additæ,manere ſuũ frigus.
Pyrites nigra quidem,ſed attritu digitos a-
durit Polyzonos nigra,multis zonis candi
cat. Aſtrapiæ in candido, aut cyaneo diſ
currunt,e medio fulminis radij. In phlegõ
tide intus ardere quedam uidetur flamma
que non exeat.In Anthracitide ſcintillæ diſ
currere aliquãdo uidentur. Enhydros ſem
per rotunditatis abſolutæ,in candore eſt le
uis,ſed ad motum fluctuat,intus in ea uelu
ti in ouis liquor. Polytrix in uiridi capilla
tur,ſed defluuia comarum facere dicitur.
Sunt & a leonis pelle,& pantheræ nomina
tæ Leontios,Pardalios. Colos appellauit
chryſolithum aureus. Chryſopraſum her
baceus.Melleus melichrota,quamuis plu-
ra eius genera ſint. Melychloron eſt gemi
nus parte flauus,parte melleus. Crocias a
croco. Polia canitiem quandam Sparti in
ducit,eandem duriorem . Nigra ſpartopo
lia.Rhodites a roſa eſt. Melites mali colo
ris. Chalcites ęrei.Sicites ſici.Ratio noĩum
non eſt in Borſycite in nigro,ramoſa candi
dis.aut ſanguineis frondibus . Nec gemite
uelut in petra candidis manibus inter ſe
complexis

complexis. Ananchitide in necromantia dicunt euocari imagines deorum. Synochitide umbras inferorum euocatas teneri. Dēdritide alba| defossa sub arbore que cædatur, securis aciem non ebetari. Et sunt multo plures, magisq; monstrificæ, quibus barbari dedere nomina, confessi lapides esse. Nobis satis erit in his coarguisse dira mendacia.

¶ De gemmis nascentibus & factitijs, & figuris gēmarum.

¶ Gemmæ nascuntur repente nouæ, ac sine nominib9, ut Lampasci in metallis aurarijs una inuenta, que propter pulchritudinem Alexandro regi missa fuit, ut auctor

Coclides est Theophrastus. Coclides quoq; nūc uulgatissimæ famę, fiunt uerius q̄ nascuntur, in Arabia repertis ingentibus glebis. Melle excoqui tradunt, septenis dieb9 noctibusq; sine intermissione. Ita omni terreno uitiosoq; puluere decusso purgatam glebam artificū ingenio uarie distribui in uenas, ductusq; macularum q̄ maxime uendibili ratione sectantium. Quondamq; tantæ magnitudinis fecere, ut equis regum in oriente frontalia atq; pro phaleris pēsilia facerēt Et alias oēs gēmę mellis decoctu nitescunt, prçcipue

precipue Corsici. In omni alio usu acrimo nia abhorrentis. Que uarie sunt, & ad no uitatem accedere caliditate ingeniorum cõ tingit, ut nomen usitatum non habeant. Physes appellant, uelut ipsius nature admi rationem in ijs uendicantes, cum finis no minum non sit que persequi non equidem cogito, innumera ex greca uanitate cõficta Indicatis nobilibus gẽmis. immo etiam ple beis rariorum generum dictu dignas distinx isse satis erat. Illud modo meminisse conue nit increscentibus uarie maculis atque uerru cis linearum, que interueniũt multiplici du ctu. & colore mutata sepius nomina in ea dem plerumque materia. Nunc coniter ad nominum gẽmarum obseruationem ptinentia dicemus, opiniones secuti auctorũ Cauæ aut extuberantes uiliores uidentur æqualibus. Figura oblonga maxime pro batur, deinde que uocatur lenticula, postea clipeidos & rotũda. angulosis minima grã. Veras a falsis discernẽdi magna difficultas Quippe cũ iuentũ sit ex ueris gẽmis in alte rius gẽeris falsas traducere. Sardonyces e ter nis glutinant gẽmis ita ut deprehẽdi ars nõ possit, aliũde nigro, aliũde cãdido, alium de minio sũptis, oibus ĩ suo gẽere, pbatissi mis. Quinimo etiã extãt cõmẽtarij auctorum

quosnon

quos nõ equidẽ demõstrarim, quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi, aliæq; transflucẽtes. Sardonyx e sarda. Itẽ cæteræ ex aliis. Neq; est ulla fraus uitæ lucrosior.

De ratione probandarum gemmarum.

¶Nos contra ratiõnẽ deprehẽdendi falsas demõstrabimus, quãdo etiã luxuriã aduersus fradẽ muniri decet. Præter illa quæ in principalib9 quibusq; generibus priuatim diximus. Trãslucentes matutino pbari censent, aut si necesse est in quartã horã, postea uetãt. Experimẽta pluribus modis cõstant Primũ pondere, si grauiores sentiunt, post hęc corpore. Fictitiis pustulę in pfundo appareñt. Scabritia ĩ cute. In capillamẽto fulgoris incõstantia, prius q̃ ad oculos perueniat desinẽs nitor. Decussi fragmenti paulũ, qd' in lamina ferrea terat, efficacissimũ experimẽto excusant mãgones gẽmarum Recusant similiter & limæ pbationem. Obsidianæ fragmẽta ueras gẽmas non scarificant. Fictitiæ scarificationis candicantiam fugiũt. Tantaq; differentia est, ut aliæ ferro scalpi non possint, aliæ non nisi retuso, uerum oẽs adamãte. Plurimum aũt in his terebrarum proficit

proficit feruor. Gēmiferi amnes sūt Oaxis, Mater, Ganges. Terrarū aūt omniū maxime India. Et iam peractis oībus naturæ operibus discrimen quoddā rerū ipsarū facere coueniat. Ergo in toto orbe, & in quacūqꝫ cęli couexitas uergit, pulcherrima est omniū rebus, meritoqꝫ principatū naturę optinēs Italia rectrix, parēsqꝫ mundi altera, uiris, fœminis, ducibus, militibꝰ, seruitijs, artiū pręstātia, ingeniorū claritatibus. Iā situ, ac salubrirate cęli, atqꝫ tēperie, accessu cūctarū gentiū facili, littoribus portuosis, benigno uentorū afflatu. Etenim cōtingit recurrētis positio in partē utilissimā, & inter ortꝰ occasusqꝫ mediā, aquarū copia, nemorū salubritate, montiū articulis, ferorū animaliū innocentia, soli fertilitate, pabuli ubertate. Quicqd est q̄ carere uita nō debeat, nusquā est pręstātius, fruges, uinū, olea, uellera, lina, uestes, iuuēci. Ne equos quidē in trigarijs pręferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis auri, argēti, ęris, ferri, quādiu libuit exercere, nullis cessit. Et ijs nunc in se grauida ꝓ omni dote, uarios succos, & frugum pomorūqꝫ sapores fūdit. Ab ea exceptis Indię fabulosis, ꝓxime quidē duxerim Hispaniā quecunqꝫ ambitur mari.

Italia.

Argentorati per Henricum Sybold.

